est medicandꝰ cum aliq̊ q̃ꝺ fit sicut rob de moris ⁊ eis
sibi siꝭibus. Et est ẽt qum infanti dũ dormit vehemẽter
accĩt oregmon cui semẽ lini tritũ cum melle ad lambeñ
est tribuendũ aut cyminuꝫ tritũ melle ꝯſꝑsum. Et est qũ
infanti accĩt ventris ĩflatio cꝰ medicationẽ iaꝫ noiauimꝰ
in caplõ de egritudinibꝰ capitis. Uerũtñ hic referemus
rem ei vehemẽter ꝯferentẽ. Et est vt origani ⁊ castorei ⁊
cymini ꝑtes sumant̃ equales ⁊ trite ꝯmisceant̃ et ei ĩ po
tu tribuant̃ quoꝝ sit pondus triũ granoꝝ ordei. Et ẽ qũ
infanti accĩt vt eiꝰ intestinũ egrediat̃. Et tunc q̇dem cor
ticum granati ⁊ myrti recentis ⁊ cuppulaꝝ glandiuꝫ et
roꝭ siccaꝝ ⁊ cornu ꝯbusti ⁊ aluis iameni ⁊ vngulaꝝ caꝑ
narum ⁊ balaustiaꝝ ⁊ gallaꝝ ꝑtes sumende sĩt equales ⁊
in aq̃ adeo fortiter coquẽde donec eoꝝ v̾tus egrediat̃ ꝺ
inde in eoꝝ apozimate sedere cogat̃ ipso tepido. Et est
qum infanti accĩt tenasmon ꝑꝑ frigus q̃ꝺ ei suꝑuenit cui
ꝯfert vt nasturtij ⁊ cymi ana. ʒ. iij. sumant̃ et trita cribel
lentur et butyro veteri vaccino ꝯſꝑsa ad bibeñ cũ aqua
fr̃a dent̃. Est ṗterea qũ in ventre infantis v̾mes minuti
procreant̃ ei nimis nociui ⁊ plm̃ circa anũ in quo etiam
longi gñantur: ſꝫ lati raro ꝓcreant̃ in ipso. ¶ Longi ãt
medicant̃ ex aq̃ asceth de qua modicũ in lacte in potu ẽ
tribueñ ꝭm eius fortitudinẽ. Et fortasse nc̃riuꝫ erit vẽtri
ipsius emplm̃ supponere ex borõ ⁊ cacule et vaccio fel
le ⁊ colloq̃ntidaꝝ pulpa. ¶ Sed ad ꝑuos curandos q̃
sunt ĩ ano elẽni ⁊ venaꝝ rubeaꝝ ana ꝑs vna sumẽda est
et zuccari ꝭm sui magnitudinẽ ⁊ deinꝺ cũ aqua ad bibẽ
dum det̃. Et est qũ infanti in coxa accĩt excoriatio: ⁊ tẽ
q̇dem myrtus trita pulueriꝫãda est desuꝑ aut radix ire
os pulueriꝫata aut rose trite aut cipeꝝ aut ordei farina
aut lentium.

¶ Capitulum quartum de regimine infantiũ qum mu
tantur ad etatem pueritie.

Oportet vt tota ĩtentio sit in meliorãdo mores
pueri ⁊ moderãdo ipsos: et hoc q̇dem est vt ob
seruet̃ ne fortis ira nꝫ timor vehemens ei acci
dat nꝫ tristitia nꝫ vigilie: ⁊ istud fit ꝯsiderando semꝑ vt ei
adhibeat̃ q̃ꝺ desiderat ⁊ appetit: ⁊ nõ ꝑmittat̃ esse corã
eo aliq̇d q̃ꝺ ipse abhorreat: ⁊ in hoc due ꝯsistũt vtilitates
vna in ipsiꝰ aĩa vt crescat ipso a pueritia sua exñte bono
rum moꝝ ⁊ fiet ei hĩtus fixus: ⁊ altera est ĩ corpore ipsiꝰ
qm̃ sicut mali hũores malitie ꝯplõnis ſpẽm sunt sequen
tes: ita qũ ex ꝯsuetudine acciderint seq̃tur eos cõplõnis
malitia. ¶ Ira nãq̃ꝫ vehemẽter calefacit ⁊ tristitia mul
tum exiccat et pigritia v̾tutes laxat aĩales et ꝯplõneꝫ ad
phl̃atis ꝓprietatẽ inclinat. In tꝑamñto ergo moꝝ custo
dia sanitatis aĩe et corporis sit̃ consistit. Qũ autẽ puer
a somno excitat̃ balneandꝰ est deinde dimittẽdus est lu
dere hora vna postea aliq̇d ad comedeñ ei dandũ deinꝺ
dimittendꝰ est ludere ꝓlixius postea balneãdus deinde
cibandꝰ et q̃ntoplus poẽ est aq̃ꝫ suꝑ cibum bibere nõ est
ꝑmittendꝰ ne cibus crudus penetret añq̃ꝫ digerat̃. Qũ
autẽ sex habuerit ãnos mg̃ro tradendꝰ erit q̃ euꝫ doceat
in q̊ etiã gradari est ordinãdus et nꝫ est cogendꝰ assidue
in scholis morari. Qũq̃ꝫ ad hanc ꝑuenerit etatẽ minus
erit balneãdus et eiꝰ labor añ comestionẽ erit augmẽtã
dus: nꝫ vinum erit ei dañ et ꝓprie qũ aliq̃s calẽ ꝯplõnis
fuerit et hũide qm̃ nocumentũ q̃ꝺ ex vino timet̃ et ipsuꝫ
est cholere rubee ĩ potatoribꝰ gñatio ei cito adueniet et
vtilitas q̃ ex vini potatõe generat̃ est vrine ꝓuocatio et
hũectatio iuncturaꝝ quoꝝ non indiget ipse. Non eni eiꝰ
cholera rubea est multa q̃ in vrina sit ꝓuocanda nꝫ eius
iuncture hũectatione ĩdigent ſꝫ ꝑmittendus est aq̃ꝫ dul
cem limpidã ꝭm desideriũ in potu sumere. Et hic q̇deꝫ
erit cursus regẽdi eos donec ad. xiiij. ꝑueniant ãnos cũ
sollicitudine illiꝰ quotidiana q̃ꝺ in eis est ex minoratõe
hũiditatuꝫ ipsoꝝ ex ꝓcessione exiccatõis et induratõis
Ordinandi ergo sĩt minorãdo exercitiuꝫ et separãdo ab
eo q̃ꝺ eos laborã̃ facit int̃ pueritiã et adolescentiã et tẽ
peratum ꝯmittet̃ exercitiũ. ¶ Post hanc v̊o etatẽ fit eo
rum regim̃ regimẽ sanoꝝ et ꝯseruatio sanitatis. Nos igĩ
ad ipsam mutemꝰ et sermonẽ de rebus premittamꝰ ĩ q̊
continent̃ rei habene ĩ regimine adolescentiũ necessarie
et ab exercitio incipiamus.

¶ Doctrina ꝭᵃ dcõis ꝫᵉ de regimine q̃ꝺ est cõe albale
ghin cuius sunt. xvij. caplã.

¶ Caplm̃. i. de regimĩe adolescentiũ cõmũi et ꝯſuatio
summa de exercitio.

Propterea ꝙ plm̃ regis ꝯseruatõis sanitatis
est vt nos exercitẽur postea comestio deiñ
dormiendi regim̃: iõ sermonẽ ab exercitio ĩ
cipẽ̃ ꝺbemꝰ. ¶ Dicemꝰ itaq̃ꝫ ꝙ exercitiũ
est motꝰ volũtariꝰ ꝑꝑ quẽ anhelitꝰ magnꝰ ⁊ frequẽs est
nc̃rius. Et ad ipsum q̇dem perageñ ꝯuersus ꝭm moduꝫ
sue eq̃litatis et in hora sua nullo ĩdiget eoꝝ medicam̃toꝝ
que mãlibus nc̃ria sunt egritudinibꝰ et egritudinibꝰ que
ea sequnt̃ et ex eis accidũt: et hoc q̇dem est qũ reliqũ eiꝰ
regimẽ ꝯueniens est et rectũ: et huiꝰ quidẽ declaratio ẽ
qm̃ quẽadmodũ scis nutrimẽto indigentes sumꝰ et nr̃e
cõseruatio sanitatis est ex nutrim̃to nobis ꝯueniente q̃ꝺ
eq̃le exit in q̃ntitate sui et q̃litate. Nullũ autẽ ex nutrien
tibus q̃ sunt ĩ potentia cũ oĩ totalitate sui ad nutrim̃tuꝫ
mutat̃ in effectu: imo ĩ vnaq̃q̃ꝫ digõe aliq̃ ex eo superest
suꝑfluitas ad quã euãandam studet nã. Uerũtñ nr̃e euã
tio solũmõ non est euãtio ꝯpleta: imo ꝓculdubio ex suꝑ
fluitate cuiusq̃ꝫ digõnis remanet abstersio et impressio.
Qũq̃ꝫ hoc frequent̃ fiet et iterabit̃ et aggregabit̃ ex eo
aliq̇d mensurã hñs ꝑueniẽt ex eius aggregatõe suꝑflui
tates male corpꝰ a multis ledentes ꝑtibus. Qũ eni pu
trefient egritudies gñabunt putridas. Et si ipsaꝝ q̃litas
fortis fiat malitiã gñabunt ꝯplõnis: et si eaꝝ q̃ntitates mt̃
tiplicẽtur ꝑuenient iñ accñtia replõnis ṗdcã. Et si ad a
liquod membꝝ fluxerit aꝑata gñabũt et ipsaꝝ fumi subẽ
spũs ꝯplõneꝫ corrumpẽt. Nobis ergo necesse ẽ eas pro
culdubio euãre. Eaꝝ autẽ euãtio ꝭm plm̃ non ꝯplet̃ nꝫ
est ꝯueniẽs nisi cuꝫ medicis fiat venenosis q̃ ꝓculdubio
nãm frangunt q̃ etiã si venenose nõ eẽnt: nõ posset eẽ q̇n
eas bibere natuã laboriosũ eẽt: quẽadmodũ dicit Hip.
ꝙ medicina purgat et ĩueterat. Et ṗter hoc totum cum
humore suꝑfluo euãnt ex hũiditatibus nãlibus et spũ q̃

est vite subã ptem magnã: ⁊ hoc q̇dem totuꝫ est ex eo qꝺ
v̇tuteꝫ membroꝝ principaliũ ⁊ eis seruientiũ debilitat: h̄
ergo ⁊ alia sᷓ impedim̃ta rpl̃onis qũ in sui dispõe dimis
sa fuerit aut qũ euãabit. ¶ Ampliꝰ exercitiũ est res que
magis ꝓhibet ne repl̃onis mã ꝯgreget qum alia regimi
na ꝯuenerint ei ⁊ est id qᵒ caloꝛ inatus renouat ⁊ coꝛpo
ri leuitatis ꝯfert vsum. Ipsuꝫ nãqꝫ subtilẽ amplificari fa
cit caloꝛẽ ⁊ qꝺ ex sup̄fluitatibꝰ ꝯgregat q̃qꝫ die dissoluit
et motꝰ eas in labẽdo iuuat ⁊ ad loca vnde egredi solent
ꝑducet. ¶ Oibus ergo diebꝰ non ꝯgregat sup̄fluitas
de q̃ sit curañ: ⁊ p̃ter hoc est sicut diximꝰ ꝙ caloꝛẽ inatũ
accrescere facit ⁊ iũcturas ⁊ coꝛdas duras efficit. Quã
obꝛem opões efficere pñt ⁊ a passionibus secure fiunt ⁊
mẽbꝛa apta redit ad nutrimentũ recipieñ ꝓpt̃ illꝺ qꝺ
ab ipsis ex sup̄fluitatibꝰ expellit: virtus igit̃ attractiua
mouet̃ ⁊ membroꝝ duritieꝫ resoluit ⁊ mẽbꝛa facit leuia
⁊ hũiditates subtiliat ⁊ poꝛos dilatat. ¶ Exercitiũ aũt
relinquẽs in ethicã frequent̃ incurrit: qm̃ membroꝝ de
bilitantur v̇tutes ꝑꝑea ꝙ motũ dimittũt qui innatuꝫ eis
defert spũꝫ q̇ vite cuiusqꝫ mẽbꝛi instᷓꝫ exit.

¶ Capl̃m. ij. de sp̃ẽbus exercitij.

Exercitiũ aliud est ad qꝺ ꝑuenit̃ ex occupatõe
alicuius humanaꝝ opõuꝫ: aliud est exercitiuꝫ
puꝝ qꝺ est illud qꝺ intendit̃. s. qꝺ est exercitiuꝫ
tm̃ ex quo exercitij querunt̃ iuuam̃ta qꝺ hꝫ dr̃ias. Naꝫ
exercitiũ aliud est multũ: aliud est paucũ: aliud est foꝛte
et vehemẽs: aliud est debile ⁊ leue: ⁊ aliud est velox: ⁊ a
liud est tardũ: ⁊ aliud est athicũ. s. ꝯpositũ ex foꝛtitudine
et velocitate: ⁊ aliud est laxũ ⁊ inter oĩa duo extrema re
perit̃ eq̃le. ¶ Exercitij v̇o sp̃ẽs sunt luctari ⁊ manꝰ ma
nibus ꝯtoꝛq̃re ⁊ ꝑcutere in mandibul̃ ⁊ currere ⁊ icedẽ
di velocitas ⁊ iacere cũ arcu ⁊ salire sursuꝫ ad rẽ a qua
fiat suspensio ⁊ sup̄ pedeꝫ vnũ. Et cũ ense aut cũ lancea
scrimire ⁊ eq̇taꝛe equos ⁊ caschu manibꝰ (qꝺ est) vt hõ su
per pedũ extremitatẽ stet ⁊ manꝰ suas ante et retro velo
ci extendat motu. Et he q̇dem sunt exercitij sp̃ẽs notabi
lis. ¶ Ex subtiliũ v̇o exercitioꝝ sp̃ẽbus est exercitiũ qꝺ
fit in vndationibꝰ ⁊ in cunis stando aut sedẽdo aut iacẽ
do aut ꝑuam nauiculã intrãdo aut nauiculã piscatoꝛũ.
Istis autẽ foꝛtius est vectari in eq̇s et camel̃ et lecticis ⁊
in plaustris vehi. ¶ Et ex foꝛtioꝛibꝰ quidẽ exercitijs sᷓ
ea q̃ fiunt cãpestribus armis et est vt hõ cursuꝫ stringat
suum i loco cãpestris ludi vsqꝫ ad finẽ deiñ retro redeat
⁊ incessant̃ spatium q̃qꝫ reuersiõe minuat donec i medio
stet capite reuerso. Et ex eis ẽ loca costaꝝ q̃ sᷓ sub ascel
lis manibꝰ ad ãterioꝛa poꝛꝛectis bꝛachijs v̇berare et ma
nus ad inuicẽ ꝑcutere et in plano salire et i alto et ludeꝛ
cum v̇gis alcheisiran retoꝛtis. Et cũ pila magna et ꝑua
et ludeꝛe cũ reuolutõe v̇gaꝝ. Et i adiutoꝛij muscul̃ se ad
inuicẽ capiendo ⁊ eleuare lapideꝫ ⁊ equos currere ⁊ ip
sos in circuitu retroduceꝛ. Elmubatase quoqꝫ ml̃tas hꝫ
sp̃ẽs. Ex q̇bus est vt q̇sqꝫ luctantiũ in medio sui ꝯparis
manus suas teneat ⁊ ipsum ꝯstringat ⁊ q̇sqꝫ ipsoꝛũ labo
ret vt a suo socio soluat̃ altero ipsum tenẽte. Et est etiã
vt manꝰ suas supꝛa suum ꝯparem cõtoꝛqueat ⁊ dextraꝫ
suam ad sui ꝯparis dextrã poꝛꝛigat ⁊ sinistrã ad sinistraꝫ
et facie ipsius ad illiꝰ faciem ꝯuersa ⁊ ipse eleuet eum ad
sup̄ioꝛa deinde reuoluat eũ ⁊ qñꝫ incuruet̃ ⁊ qñꝫ eriga
tur. Et ex eis est ipulsio q̃ duobus fit pectoꝛibꝰ. Et ex
eis est vt q̇sqꝫ eoꝝ sui ꝯparis collũ teneat ⁊ ipsum ad ter
ram trahat. Et ex eis est pedes toꝛq̃re ⁊ ipsos p̃mere et
calcaneos sui cõparis suis calcaneis apire et q̃ his sĩa
exñt ex modis quos luctatoꝛes faciũt. ¶ Ex exercitijs
v̇o velocibꝰ est vt q̇sqꝫ duoꝝ ꝯpariũ locum cum suo ꝯpaꝛ
velocit̃ ꝑmutet et saliẽdo ad posterioꝛa retroꝛsũ tendat:
et altera ad añrioꝛa ꝺm oꝛdineꝫ aut absqꝫ oꝛdine. Et ex
eis est exercitiũ qꝺ fit duabus acubꝰ subsellioꝝ et freq̃n
ter ad posterioꝛa saliendo: et est vt hõ stet in aliqᵒ loco ꝺ
inde a duobus sui lateribꝰ duas subsellioꝝ acus i terrã
figat inter q̃s sit vnus passus postea icedat mutãdo que
a dextra est ad sinistrã et q̃ a sinistra ad dextrã et sit hoc
q̃ velocius pol̃e fuerit. ¶ Et exercitia q̇deꝫ foꝛtia et ve
locia fiunt q̇etibꝰ admista aut exercitijs suauibꝰ. Ampli
us exercitia fieri dñt ꝺm diuersos mõs et non ꝺm vnuꝫ
est stañ. Unũqꝺ p̃terea mẽbᵐ exercitiũ hꝫ sibi ꝓpꝛium.
Et manũ q̇dem et pedum exercitiũ non est rẽs occulta:
Pectus v̇o et membᵃ anhelitꝰ qñꝫ exercitant̃ voce gra
ui et magna et qñꝫ acuta et int̃ eas mista. Et hoc ẽt exer
citiũ est oꝛi et vuule et ligue et collo et decoꝛat coloꝛẽ et
mundat pectꝰ et ipsũ exercitat cũ exsufflatõe et retentõe
anhelitꝰ: et hoc erit toti coꝛpoꝛi aliqꝺ exercitiũ et ipsius
dilatat cãnales. verũtñ magnã longo tp̃e efficere vocem
est timoꝛosũ: et si q̃ foꝛtis est ꝑduret ñc̃ria fit multa aeris
attractio in q̃ est timoꝛ. Et si sit lõga erit necesse multuꝫ
expellere aerẽ in quo magꝰ exit timoꝛ. ¶ Ad legeñ pꝛe
terea suauit̃ est incipieñ deinde vox oꝛdinate ẽexaltãda
postea qũ vox foꝛtioꝛ facta fuerit et crescit et lõga fuerit
tp̃s ipsius poneñ erit tẽpatum: qm̃ tunc mangnũ affert
iuuamẽtum. Qꝺ si eiꝰ tp̃s ꝓlongabit̃: erit in ipso timoꝛ
tẽpatis et sanis. Unusq̇sqꝫ p̃reťea hõ ꝺm se hꝫ exercitiũ.
¶ Exercitiũ v̇o qꝺ est debile sicut reuolutio i cuna illis
est ꝯueniẽs quos febꝛes debilitaueꝛt et ꝯualescẽtibus q̇
se moueꝛ non pñt nꝫ sedere et quos hellebori potio ꝺbili
tauit et q̃ sicut ipsum sũt et egritudinẽ in diaphꝛagmate
hñtis. Qũqꝫ suauit̃ fiet doꝛmire faciet vẽtositates dissol
uet et ꝯfert reliq̇s egritudinũ capitis sicut stupoꝛi et obli
uioni et ꝯmouebit desideria et nãm excitabit. ¶ Qũ ãt
sup̄ lectũ fiet motus erit ꝯueniẽtius ei q̇ hꝫ sicut hemtri
teum et febꝛes ꝯpositas et phl̃aticas et hñti hydropisim
et doloꝛẽ podagricũ et egritudines renũ: qm̃ hec iunda
tio nãm efficit aptã euulsioni. Et debile quidẽ ei qui ẽ
debilioꝛ et foꝛte ei qui ẽ foꝛtioꝛ. In plaustris ãt vehi has
efficit opões sꝫ hũoꝛes magis q̃ hꝰⁱ ebullire facit. Et ẽ
etiã qum quidẽ plaustris vehuntur facie retrouersa qꝺ
visus debilitati et eiꝰ obfuscatõi magnũ confert iuuamẽ
tum. In ꝑuis v̇o nauibꝰ et magnis ferri ꝯfert lepꝛe et hy
dropisi et apoplexie ⁊ fᷓitati stõi et eiꝰ inflatiõi: qm̃ quꝫ
coꝛam littoꝛibꝰ maris fuerit ꝯmouebit̃ ei vomitꝰ et deiñ
q̇escet et ꝯfert stõ: sꝫ nauibꝰ ferri in mare altũ est foꝛtiꝰ i
remouẽdo egritudines q̃s noiauimus ꝓpťea ꝙ ꝺm aiaꝫ
letitia et tristitia diuersificãtur et ꝺm mẽbꝛa nutriẽdi eo
rum: gᵒ exercitiũ coꝛpoꝛis exercitiũ est seq̃ns. Uisus p̃
terea exercitat̃ res inspiciẽdo minutas et qñꝫ oꝛdinãdo
ipsum vt res luiosas leuit̃ intueat̃. ¶ Auditus ẽt exer
citat̃ sonos auscultãdo ocl̃tos et qñꝫ auscultãdo magnos
Unumqꝺqꝫ ẽt mẽbꝛum exercitiũ hꝫ sibi ꝓṗum: et hoc
quidẽ in conꝯuatiõe sanitatis cuiuscũqꝫ mẽbꝛi refeꝛemꝰ
qum libꝝ disponemꝰ particularẽ. ¶ Exercitio p̃terea
vtẽs sibi caueꝛ oꝫ ne exercitij calefactio ad id qꝺ ex mẽ
bꝛis suis ẽ debile ꝑueniat nisi ꝺm mõm ꝯseq̃ndi: v̇bigꝛa
oꝫ vt cui varices actñt pedes in exercitio quo vtit̃ non
multum moueat: sed ipsum diminuat et suũ ꝑficiat exer
citium cum eis que sunt coꝛpoꝛis sup̄ioꝛa sicut collo et
capite et mãibꝰ. iõ vt exercitij opõ ad ipsiꝰ pedes a sup̄io
ribus ꝑueniat. ¶ Coꝛpoꝛis p̃terea debilis exercitium
opoꝛtet vt sit debile et foꝛtis vt sit foꝛte. Et est tibi sciẽdũ

qd vnūqdqꝫ membꝰ ꝑ se hēat exercitium qd est sibi ꝓ
prium: vt queadmodū oculo est ꝓpriuꝫ intueri qd ē sub
tile ⁊ gutturis vocē ingrossare vel augmētare postq̄ hoc
ordiate fit ⁊ sic dens ⁊ auris. Et eodē mō oē i suo caᵒ.

¶ Capl̄m. iij. de hora incipiendi exercitiū ⁊ mensuran
di ⁊ ordinandi ipsum.

Hora q̄ inceptio exercitij ꝑparat oꝫ vt corꝰ sit
mundū ⁊ ne in ꝑtibus intraneoꝝ ⁊ venaꝝ chi
mi siluēs ⁊ mali existāt quos exercitiū in cor
pore diffundat ⁊ vt cibus exteriꝰ iam sit digestus in stō
⁊ epate ⁊ venis ⁊ vt alteriꝰ cibi hora iam aduenerit. Et
hoc quidē declarat vrine ſm subāꝫ ⁊ colorē maturatio
⁊ erit h̄ pria hora digōnis. Qum eni iā lōge fuerit ⁊ nā
aliquo tp̄e in nutrimēto mistrare desierit ⁊ igneitas i vri
na accēsa fuerit ⁊ citrinitatis nālis terminꝰ trāsierit exer
citium ipediens erit qm̄ virtutē deijciet. Et ꝓpter hoc
dixerūt quidā q̄ qum forte exercitiū nc̄rium est: bonū est
ne sit stōus vehemēter inanitus: imo sit in eo paucuꝫ nu
triens: ⁊ in hyeme q̄dem sit grossum ⁊ in estate subtile.

¶ Ampliꝰ qui exercitat̄ si est plenꝰ melius est q̄ si exer
citet̄ qum ē vacuus. Et meliꝰ est vt exercitet̄ qum ē ca
lidus ⁊ hūidus q̄ vt exercitet̄ dum ē frīus ⁊ siccus. Et
ex horis q̄dem ipsiꝰ melior ē eq̄litas. Est autē qū exerci
tium hoieꝫ cal̄e ⁊ sicce ꝯplonis ad egritudines ꝑducit:
qum igr̄ discesserit ab eo sanabit̄. Opꝫ preterea vt q̄ exer
citatur icipiat ⁊ supfluitates ab interioribꝰ expellat. s. in
testinis ⁊ vesica: deinde exercitet̄. Verūtn̄ prepatiōis fri
catione priꝰ vtat̄ q̄ nām viuificet ⁊ poros dilatet: ⁊ oꝫ vt
fricatio cū re aspa fiat deiñ oleo iungat̄ dulci: postea ſꝫ
ordinē inungat̄ donec mēbꝝ ꝑssione non vehemētis pene
trationis ꝯprimat̄ ⁊ fit hoc manibꝰ multis ⁊ diuersis ob
uiantibus sitibꝰ idō vt hoc ad oēs musculoꝝ ꝑueniat ꝑtes
deiñ dimittat̄ fricatꝰ ⁊ exercitari icipiat. In tp̄e autē ve
ris horaꝝ ipsius melior ē que est iuxta meridiē in domo
tēpata: ⁊ in estate opꝫ ipsum p̄cedere. ¶ In hyeme ve
ro rōni conueniēs erat vt fere vsqꝫ ad noctem tardare
tur: sed alia prohibentia hoc vetāt. In hyeme igr̄ locus
tepefieri dꝫ ⁊ tempate calefieri deiñ exercitio vteñ i hōa
q̄ melior exīt ſm illud qd diximꝰ ex digōne nutrientis ⁊
expulsione supfluitatū. In q̄titate autē exercitij tres res
sīt ꝯsiderande. Una eaꝝ est calor: qm̄ dum in ipso boni
tas auget̄ adhuc ē hora. Et ſa motꝰ: qm̄ dum leues per
seuerant adhuc ē hora. Et tertia mēbroꝝ dispō ſm ipso
rum inflāmationē: qm̄ dum ipsoꝝ auget̄ inflāmatio ad
huc est hora. Qum autē dispōes iste minui cepint et su
dor vaporalis et resudatio liq̄da facta fuerit dimittēduꝫ
erit. Qum autē dimissuꝫ fuerit redeundū est ad oleū qd
sudare facit p̄cipue si anhelitū sui exercitās tēuerit. Qū
qꝫ die pᵒ terminū exercitij ipsiꝰ cognoueris et ipsum nu
trieris et nutriētis q̄titatē quā tollerarī valet cognoue
ris nil in ſa die mutes: ſꝫ nutriens ipsius et exercitiū in
die ſᵒ mēsura ſm eius terminū in die p̄ma.

¶ Capitulum quartum de fricatione.

Fricatio alia ē dura q̄ extendit vel inspissat: a
lia ē mollis q̄ laxat: et alia ē multa q̄ macresce
re facit: et alia est tēpata q̄ ingrossat. Qūqꝫ h̄
cōponētur prouenient paria nouē. Et ē etiā fricatio q̄ est
aspa. s. cū pannis aspis que sanguinē ad exteriora veloci
ter trahit: et alia ē leuis cū palma aut cuꝫ pannis lenibꝰ
que sanguinē cōiungit et ipsum i mēbro ꝯtinet. Qd aūt
ex fricatione q̄ritur ē corpoꝝ raroꝝ inspissatio et molliū
iduratio et spissoꝝ rarificatio et duroꝝ mollificatio. Est
preterea p̄paratōis fricatio q̄ est ante exercitiuꝫ et incipit
fieri suauit̄ q̄ qum voluntas ſgendi adest stringit et idu
rat. Et ē fricatio reductōis q̄ est post exercitiū et vocat̄
etiā fricatio q̄escere faciēs et qd in ea intēditur ē supflui
tatum in muscul̄ retentaꝝ resolt̄o ex eo qd ꝑ exercitiū nō
eūatur vt vaporet et non accidat fatigatio. Et oꝫ quidē
vt h̄ fatigatio mollit̄ et suauit̄ fiat. Sꝫ que ex ea meliō ē
est iᵃ q̄ est cuꝫ oleo q̄ cum duritie et grossitie et aspitate
facienda nō est: qm̄ mēbra inde exaspantur et pueri ab
augmēto prohibētur: ſꝫ in adolescētibꝰ est eius impedimē
tum minus. Qd si in fricatōe ꝯtingat error q̄ ad parteꝫ
duritiei declinet ē sanior errore q̄ ad mollitiei partē dcli
nat: qm̄ fortē resolt̄oneꝫ facilius ē corrigerē q̄ molli frica
tione ad recipieñ corruptionē preparē: ſꝫ fricatō dura et
aspa qum supflua fuerit in corporē pueroꝝ ipsos crescerē
ꝓhibeat. Et tu quidē nūc iuenies post aꝑ rememoratio
nē hore fricatōis et ꝯditionū ipsius: verūtn̄ in hac hora
reductioni declarationē addemꝰ. ¶ Dicemꝰ itaqꝫ q̄ ip
sa ꝓcerto ē ac si eēt altera ꝑs exercitij in q̄ cum oleo in
cipieñ est ⁊ fortitudine deiñ cum ea ad mediocritateꝫ est
declinañ nꝫ dum in sua exit fortitudine ē dimittēda. Et
meliꝰ quidē est vt dum sit multe sup eam cōiungant̄ ma
nus. Fricatꝰ preterea mēbra sua fricata post fricationē ex
tenderē dꝫ vt ab eis supfluitates expellant̄ et fasciā sumat
que ad partē membroꝝ oiuꝫ ipsis extēsis ꝓcedat et q̄to
plus poterit suū ꝯtineat anhelitū et p̄cipue quꝫ musculi
ventris lassi fient: et pectoris muscl̄i si facile fuerit exten
dent̄: postea etiā musculi ventris i fine rei paꝝ extendan
tur vt intestina iñ aliq̄ hēant reductōeꝫ et int̄ hoc et hoc
eat et se supinū ꝓijciat et suos pedes pedibꝰ sui cōparis
cōmisceat. ¶ Exercitiū vᵒ excellētes aerē inter sua cō
tinent exercitia: ſꝫ tn̄ reductio qñꝫ in medio interponit̄
exercitio. Ipsum nāqꝫ dimittit̄ et deiñ ad ipsum reditur
si ꝓlongandi exercitiū voluntas affuerit. Non autē mul
ta idiget fricatōe cum oleo q̄ vult reductionē nisi in ipso
dispō fuerit q̄ sibi nō placet. et nisi nō reductioneꝫ q̄rat
q̄ si fatigatōe senserit oleo iungat̄ sicut noiabimus. Et
siccitatē si senſit fricatio augmētanda erit donec ad eq̄li
tatem ꝑueniat. ¶ Fricatio p̄terea qñꝫ iuuat et fortis cō
pressio qū tp̄s est dormiēdi: qm̄ corpus alleuiat et hūidi
tates ad iuncturas fluere ꝓhibet.

¶ Capl̄m. v. de balneo et nominādis balneis.

Huic autē hoīni in cuiꝰ regie nr̄ consistit ſmo
balneatio resolt̄oneꝫ faciens non est nc̄ria: qm̄
corpꝰ ipsius ē mundū: et nꝫ q̄ balneo indiget e
get ipso nisi vt ab ipso habeat calorē subtilē et hūiditatē
tēperatā. Quapp isti in ipso non multā debēt facere mo
ram. Qd si in fontē descēderint in ipsuꝫ igrediant̄ quo
usqꝫ ipsaꝝ rubet et inflat̄ supficies et i p̄ncipio resolt̄onis
ab eo remoueant̄. Et aer in circuitu eoꝝ aq̄ dulcē fun
dendo humectet̄: deiñ velocit̄ lauent̄ et egrediant̄. ¶
Opꝫ p̄terea ne exercitatꝰ ad balneū velociter ꝑgat do
nec ꝑfecte q̄escit. ¶ Balneaꝝ vᵒ dispōes et eaꝝ ꝯditio
nes iam declaraui et in alio loco retuli. Verūtn̄ qd hic di
cere debemꝰ est q̄ oēs balneandi secundū ordinē balnei
casas igredi dn̄t et nꝫ in domo cal̄a morētur nisi secūdū
q̄titatē que eis nocumentū nō iferat et req̄escere faciat
propt̄ supfluitatū resolt̄oneꝫ et corporis ad nutriēs p̄pa
tionē a debilitate ipm̄ custodiēdo et ab aliq̄ forti cāruꝫ
febriū putridaꝝ. ¶ Qui vᵒ ipinguari desiderat balneū
post comestionē ingrediat̄ si securꝰ fuerit ne oppilatōes
accidant. Et q̄ bene se custodire voluerit si cal̄e fuerit ꝯ
pl̄onis oxymel bibat ꝑꝑ oppilationū ꝓhibitionē: et si frīe
fuerit ꝯpl̄onis diamentastrū sumat et diatrionpipereon

¶ Qui autē vult resolōnē et macrefieri balneādus ē
dū est famelicꝰ et ibi multū moret. ¶ Sed ꝗ sanitatem
vult ꝯseruare balneū ingedi dꝫ postꝙ̄ digestū est qḋ est i
stō et in epate: et si timet vt chol̄a ebulliat rubea si hoc
fecerit et se ieiunus balneauerit ante balneationē rem su
mere dꝫ subtilē quā comedat. Et ꝗ vō cal̄e exit ꝯplōnis
cholera abundās rubea hoc est ei necessariū et hꝰ ab in
gressu domꝰ balnei cal̄itate ꝓhibēdus ē. ¶ Ex eis aūt
ꝗbus isti cibant melius est panis i succo fructuū infusus
aut in aq̄ ros. Et se custodire debēt ne rem frām actu bi
bant i egressiōe balnei aut i balneo: qm̄ pori sunt aperti
q̄re f̄ritas non tardat ꝗn ad membroꝝ principaliū cōpo
ra ꝓcedat ⁊ ipsoꝝ corrūpat v̄tutes: ab oi quoqꝫ re vehe
mentis cal̄itatis se custodire debēt ⁊ ꝑcipue ab aq̄: qm̄
si eaꝫ sumpserit timeñ erit ne cito ad mēbra penetret ꝑn
cipalia ⁊ accidat ptisis ⁊ ethica. ¶ Pret̄ea sibi caueāt
ne cito balneū egrediant ⁊ caput pꝰ ipsum discooꝑiant
⁊ corꝰ ad recipiendā f̄ritatē exponant. ¶ A balneo vō
egredi debēt si tempꝰ fuerit hyemis suis bñ cooꝑti pan
nis. Sed ꝗ febrē hꝫ a balneo se custodiri oꝫ i hora febris
⁊ ꝗ sol̄onem hꝫ ꝯtinuitatis aut apa. Et tu quidē iam sci
uisti ex eo qḋ ꝑcessit ꝙ balneū est calefaciēs et infrians et
hūectans ⁊ desiccās et iuuans ⁊ ipediens. ¶ Et eiꝰ ꝗ
dem iuuamīta sunt somnū facere ⁊ apire et abradere et re
soluere ⁊ digerere ⁊ nutrimentū ad cutis suꝑficiem attra
here ⁊ ipsiꝰ iuuamentū ñ ē nisi i r̄sol̄one eiꝰ qḋ r̄solui vo
lūt ⁊ i expl̄siōe eiꝰ qḋ volūt expelli i ꝑte nāli ⁊ i r̄tētōe vē
tris et remotiōe fatigatōis. ¶ Eiꝰ autē ipedimīta sūt de
bilitare cor si multū morati fuerit ⁊ facere sincopi et nau
seam ⁊ hūores q̇etos mouere ⁊ eos ad putrefactionē ꝑ
ꝑare ⁊ cū eis ad mēbroꝝ debiliū receptacula declinare:
ergo ab eis accñt apata i occl̄to mēbroꝝ et i eoꝝ suꝑficie

Juuamenta Balnei

Impedimenta Balnei

¶ Capl̄m. vi. de ablutione que fit cum aq̄ frā:

Hoc quidē ꝯueniēs non ē nisi cꝰ regim̄ vndiqꝫ
ꝯseruat ⁊ cꝰ etas ⁊ v̄tus ⁊ figura ⁊ t̄ps sit ꝯue
nientia: ⁊ nꝫ fastidiū nꝫ vomitū nꝫ ventrē neqꝫ
vigilias nꝫ rheumatismos hꝫ: nꝫ est puer nꝫ senex ⁊ i ho
ra in q̄ ipsius corpꝰ est leue et motꝰ cōuenientes. Et est
qum hoc fit pꝰ ablutionē aq̄ cal̄a fcāꝫ ad hoc vt exterio
ra fiant fortiora ⁊ vt calor retineat nālis. Qḋ si volūtas
affuerit vt istud fit oꝫ ne aq̄ multū sit frā: imo sit teꝑata
⁊ est qū hoc fit pꝰ exercitiū: ⁊ tunc quidē oꝫ vt fricatio
añ ipsam fiat fortior ꝙ̄ solebat: sꝫ inunctio fit ex oleo q̄n
admodū solebat ⁊ fit exercitiū post fricationē ⁊ iunctio
nem teꝑatā aut sit paꝝ velociꝰ ꝙ̄ solebat. Deiñ pꝰ exer
citium in aq̄ frā subito natet vt ipsiꝰ mēbra sic dura fiant
postea ꝑseueret i ea ſm mensurā sue leuitatis et ꝙ̄tū tol
lerare valet añꝙ̄ suꝑueniat horripilatio. deinde qū egres
sus fuerit fricet sicut noiabimꝰ ⁊ eius cibꝰ augmentū su
scipiat ⁊ potus diminutionē. Et ꝯsideret t̄ps reuersiōis
sui coloris ad ipsuꝫ ⁊ caloris eiꝰ ex q° si velox fuerit scie
tur ꝙ eiꝰ mora fuit moderata: ⁊ si tāda fuerit sciet ꝙ mo
ra ꝓlixior fuit ꝙ̄ debuit. Ipse igr̄ alio die mensuret ſm
ꝙ ex hoc scitū fuerit. Et est qū post fricationē ⁊ coloris
et caloris reuersionē iteꝝ aq̄ ingredit: sed ꝗ hoc agere vo
luerit gradati in ipso ꝓcedat ⁊ calidiore die ꝗ est in esta
te hora feruoris priꝰ icipiat ⁊ sibi caueat ne ventꝰ sit ibi
⁊ ne illud post coitū ꝑagat: nꝫ post cibū ꝗ non sit digestꝰ
nꝫ faciat hoc post vomitū nꝫ euātionē neqꝫ post colicā
passionē nꝫ vigilias nꝫ corporis d̄bilitatē neqꝫ stōi nꝫ pꝰ
exercitiū nisi ꝗ illud agit sit valde fortis ſm modū quem
diximꝰ. ¶ Cū aq̄ autē frā lauari secundū mōs quos di
ximꝰ calorē nālem subito ad iteriora pellit. Postea con

fortat ipsum vt fortior fiat et egrediat extra multum.

¶ Ca. vij. de regimine eiꝰ qḋ comedit ⁊ bibit.

Oportet vt sanitatis cōseruator studeat ne cibi
ipsiꝰ subā sit aliqḋ nutrientiū medicinaliū sicut
olera et fructꝰ ⁊ reliq̄ ab ipsis: qm̄ subtiliātia
sanguinē sunt adurētia: ⁊ grossa sit ipsum phl̄aticū faci
entia ⁊ corpꝰ grauātia. ¶ Opꝫ autē vt cibꝰ sit tal̄ q̄les
sit carnes ⁊ ꝓprie carnes hedoꝝ ⁊ vituloꝝ lactētiū ꝑuo
rum ⁊ agnoꝝ ānualiū. Et triticū ab extraneis rebꝰ pur
gatum qḋ ex messe sana fuerit collectū cui nullū accidit
nocumentū ⁊ res dulcis ꝯueniētis ꝯplōnis ⁊ vinū bonū
odorē bonum hñs. Alia āt ab istis nō respiciat nisi secū
dum modū fuerint medicatōis aut secūdū preseruatōeꝫ
¶ Fructꝰ tñ nutriēti magis sil̄es sunt ficus ⁊ vue valde
mature ⁊ dactili i regionibꝰ et ciuitatibꝰ in ꝗbus eē con
sueuerīt. ¶ Uerūtñ qum aliq̄s hec comederit si suꝑflui
tas inde ꝓuenerit ad ipsam festinet euāandam. ¶ Opꝫ
pret̄ea ne aliq̄s comedat nisi pꝰ desideriū nꝫ i hoc tarde
tur qū desideriū ebullierit nisi fuerit mendosū vt ebrioꝝ
desideriū et hñtium fastidiū qm̄ tollerare famē stōuꝫ pu
tridis replet hūoribꝰ. ¶ In hyeme ꝑterea nutriēs actu
cal̄m comedat et in estate frm aut qḋ ꝑue sit cal̄itatis: et
nꝫ cal̄itas neqꝫ f̄ritas ad rem ꝑueniat quā sustinere non
possit. ¶ Scias autē ꝙ nihil est deteriꝰ saturitate i t̄pe
fertilitatis quā fames seq̄tur in t̄pe sterilitatis et ecōuer
so: sꝫ tñ ꝯuersio est deterior. ¶ Uidimꝰ eni multos ꝗbꝰ i
t̄pe sterilitatis cibꝰ defecit: postea qū in t̄pe fertilitatis a
bundauit repletos fuisse et mortuos: sꝫ vehmēs repl̄o i
q̄libet dispōe sit ꝑnecabil̄ siue ex comestiōe sit siue ex po
tu. ¶ Quot nāqꝫ hoies suꝑflue se repleuerīt et suffocati
interierīt. ¶ Cum autē error ceciderit in comedenᵒ aut
bibendo aliqḋ medicinaliū nutrientiū regeñ erit qūo di
gerat et maturescat et ipse custodiēdus a malitia ꝯpl̄o
nis ꝗ ex eo timet accipiēdo pꝰ ipsum qḋ sit ei ꝯtrariū do
nec digerat. ¶ Qḋ ergo frm fuerit sicut cucumer et cu
curbita tēperet cum eo qḋ ei exit cōtrariū sicut allea et
porri. ¶ Et si fuerit cal̄m tempet cum eo etiā qḋ ei fue
rit ꝯtrariū sicut cucūeres et portulaca. ¶ Et si oppila
tiuum fuerit sumat qḋ aꝑiat et euēt: deinde famē diu tol
leret. Et neqꝫ ipse neqꝫ oēs ꝗ sanitatē custodire volunt
aliq̄d comedant nisi desideriū fuerit certū et stōus et su
ꝑiora intestina a ꝑmo nutriēte euāta fuerint. Qḋ eni in
corpore est deteriꝰ est nutriēs suꝑ nutriens qḋ non ē di
gestum mittere. ¶ Et ꝑterea nihil est deteriꝰ ꝙ̄ fastidiū
et ꝓprie qum fuerit fastidiū ex mal̄ nutrientibꝰ: qm̄ quꝫ
fastidium ꝓuenerit ex grossis nutrientibꝰ hereditare faci
et iuncturaꝝ dolores et renū et disniā et podagrā et sple
nis et epatis grossitiē et phl̄aticas egritudies et mel̄icas
sed qum ex subtilibꝰ acciderit nutrientibꝰ ꝓueniēt ex ip
so febres acute et erratice et maligne et apata mala acu
ta. ¶ Uerūtñ q̄nꝫ necesse est aliquē cibuꝫ aut rē cibo si
milē mittere suꝑ alium cibum ꝗ sit ei sicut medicina v̄
bigr̄a. sicut illi ꝗ nutriētia comedunt acuta aut salsa de
inde pꝰ tēpus in quo nōdum ꝯpleta fuit digō ꝯseq̄nt eis
adiungunt res humectātes ex nutrientibꝰ saporē nō hñ
tibus. ¶ Et istis ꝗdem hoc sufficit regimē et exercitiū
nō est eis nc̄rium. Et hoꝝ ꝯtraria dispōi est dispō eoꝝ ꝗ
grossis cibarijs pꝰ aliqḋ tēpus ꝯseq̄nter admiscēt qḋ ve
lociter digerit et est acutum. ¶ Ampliꝰ ꝑuus motꝰ pꝰ
comestionē ipsam in stō q̇escere facit et ꝓprie qum dor
miēdi post ipsam voluntas affuerit. ¶ Accidentia
pret̄ea aie horribilia et motꝰ corporei fortes digōnē fie
ri prohibēt. ¶ Et in hyeme ꝗdem cibi pauci nutrim̄ti

Nota

non sꝫ edendi sicut olera:sꝫ nutriens magis est edeñ qđ
est ex granis et fortis ẽt soliditatis:et i estate hꝰ ꝯtrariũ
¶ Ex cibo etiã nullꝰ ita est replendꝰ vt non sit ibi locꝰ
sup̱fluus:sed ab eo ẽ remouendꝰ reliq̃s desiderij adhuc
in aĩa remanentibꝰ:he eñi famis reliq̃e post horã vnã de
struunt̃. Et in hoc vsus est ꝯseruandꝰ:qm̃ deterior cõe
stio est q̃ stõi facit grauitatẽ:et deterior potꝰ est q̃ temp̱a
mentum egredit̃ et ĩ stõ natat: et si aliquo die sup̱fluerit
sequẽti die famelicꝰ maneat et somno vtat̃ p̱lixiore ĩ lo
co tẽperato in quo nꝫ sit calor nꝫ frĩitas. Q. đ si somnꝰ ei
nõ aduenerit multo vtat̃ incessu suauit̃ et cõtinuo ĩ quo
non sit q̃es nꝫ req̃es et paꝝ puri vini bibat. ¶ Ruffus
inq̃t. Incessus hic mihi placet et ꝓꝑe pꝰ prandiũ:qm̃ bo
nitatẽ opõis cene p̱rep̱at. O pꝫ p̱reťea vt post comestio
nem p̄mo sup̱ dextꝝ latus dormiat pauco tp̃e deinde su
per sinistꝝ reuoluat̃ postea reuoluat se sup̱ dextꝝ. Et de
bes scire ꝙ multis coop̱iri pannis et ceruical eleuare ex
illis exñt q̃ in digerendo iuuant. Et ad vltimũ quidẽ vt
membroꝝ situs ad inferiora sint declinãtes et non ad su
p̱iora. ¶ Et cibi q̃dem mẽsuratio exit ẜm vsum ⁊ v̓tutẽ
et vt mẽsura eiꝰ in eo q̃ sane est v̓tutis sit talis qũ ipsum
recipit q̃ ei grauamẽ non afferat et hypocondria nõ ten
dant̃ nꝫ inflet et rugitũ non faciat nꝫ natet. Et non acci
dat ex eo nausea nꝫ caninũ desideriũ nꝫ casus nꝫ ingenij
pigritia nꝫ insõnietas:neqꝫ ipsiꝰ sapor in ructibꝰ pꝰ tẽpus
reperiat̃:qm̃ qum post longũ tp̃s sapor in ore rep̱tꝰ fue
rit erit deteriꝰ. ¶ Declarat̃ autẽ ꝙ cibꝰ sit temperatꝰ qũ
ex ipso nõ prouẽit magnitudo ĩ pulsu et in anhelitu par
uitas:hoc nãqꝫ non accĩt nisi ꝑꝑea ꝙ stõus ꝯprimit dia
phragma et ꝓpter hoc fit anhelitꝰ p̱uus et inspissat̃ et cõ
dis necessitas p̱bet augmentũ. Magnificat̃ ergo pulsus
qm̃ in v̓tute non exit debilitas. ¶ Ille p̱reťea cui pꝰ co
mestionẽ accĩt caľitas et calefactio nõ vna totum come
dat hõa sed paulatĩ p̱ inťualla ꝓpterea ne ei ex repľone
dispõ accidat q̃ fit sicut tremor quẽ postea seq̃tur calor
sicut fortis febris qũ calefit cibꝰ. ¶ Ampliꝰ qui q̃tum
ei sufficit digerere nõ valet comedendi numeꝝ multipli
cet et q̃titatem minuat. Meľicus p̱reťea nutriente idi
get vehemẽter hũectante et paꝝ calefaciente. ¶ Chole
ricus v̓o eo qđ hũectat et infrĩat:et ille quidẽ in quo san
guis calidus generat̃ et bonus nutrientibꝰ indiget frĩis et
pauci nutrim̃ti. Et iˢ in quo sanguis gnãtur phľaticꝰ nu
trientibꝰ pauci nutrim̃ti indiget ĩ quibꝰ caľitas sit et sub
tilitas. ¶ Nutriẽtia p̱reťea ordinẽ in sui receptiõe hñt ĩ
quo sanitatis ꝯseruatõ sollicitꝰ esse dꝫ ne illud qđ subtile
est et cito digerit̃ post forte nutriẽs qđ sit eo duriꝰ in ci
bo sumat:q̃a priꝰ digerit̃ quã ipsum et sup̱ illud natabit
non hñs viam q̃ penetret:putrefiet gͦ et corrũpet̃ et cor
rumpet illud qđ ei admiscebit̃. ¶ Iste etiã non p̄mo co
medere dꝫ cibum labilẽ ita vt pꝰ ipsum cibũ fortẽ et du
rum in cibo sumat:qm̃ cum ipso labet̃ qũ ad intestĩa pe
netrabit eo nondũ tam integre digesto quãtuꝫ debebat.
¶ Pisces quoqꝫ et q̃ eis siľantur pꝰ laboriosuꝫ exerciti
um comedẽdi non sꝫ:corrumpent̃ eñi et corrumpẽt hũo
res. ¶ Hoiuꝫ p̱reťea sunt q̃dam quibꝰ ꝯcedit̃ comedeꝛ
illud in qͦ virtus exit stiptica añq̃ suum comedãt cibuꝫ
Et isti quidẽ sunt stõi laxitateꝫ hñtes ex quoꝝ stõis cibi
descensus fit velocit̃ et non in eis morat̃ donec digerat̃
Quap̱p̱ stõi dispõ et eiꝰ ꝯpľo sp̱ est ꝯsideranda. ¶ Et
est etiã aliq̃s hoiuꝫ in cuiꝰ stõ cibꝰ corrũpit̃ subtilis q̃ ci
to digeri solet:et fortis q̃ tarde solet digeri in ipso digeri
tur. Et hic quidẽ est cꝰ stõus est igneꝰ. Et ex eis est qui
huic exit ꝯtrariꝰ quoꝝ quisqꝫ ẜm suum vsum est regendꝰ

¶ Regiões quoqꝫ nãs hñt ꝓprias et vsus lr̃es extra
rõnem:et hoc quidẽ obseruandũ est: et oꝫ vt exp̱imentũ
in hoc rõnem vincat. Est nãqꝫ cibꝰ qui solet comedi ĩ qͦ
aliqđ exit nocumentũ et est ꝯuenientior bono nõ vsitato
¶ Unaqueqꝫ p̱reťea figura et ꝯpľo hoĩs cibũ hꝫ ꝯueniẽ
tem et ꝯsiľem ad quẽ mutañ si voluntas ei affuerit nocu
mentũ ei faciet et ĩpedimentuꝫ. ¶ Ex hoĩbus quoqꝫ est
cui aliqđ nutriẽtiũ bonoꝝ et laudabiliũ nocet: ipsũ ergo
relinq̃re est ei ꝯueniens. ¶ Ille v̓o in quo mala digerũ
tur nutriẽtia ob hoc nõ decipiat̃:qm̃ pꝰ dies in ipso ma
li generabunt̃ hũores egritudines facientes et p̱necãtes
Et sepe etiã ꝯcedit̃ ei in cuiꝰ corpore mali hñtur hũores
vt rem bonã largit̃ comedat et prop̱e qum non patit̃ vẽ
trem sibi solui ꝑꝑea ꝙ est debiľ. ¶ Qũ v̓o alicuiꝰ corpꝰ
raꝝ fuerit et ad resolueñ facile nutriendꝰ erit ex nutriẽte
hũido qđ cito digerat̃:lꝫ rara corpora magis tollerare
possint nutriẽtia grossa et diuersa et sint longinq̃ora ab
hoc vt cãe ĩtrinsece ea ledant et magis apta recip̱e extrĩ
secaꝝ cãꝝ impedim̃ta. ¶ Ampliꝰ qui multã ꝯsueuit co
medere carnẽ si ociosus fuerit frequent̃ sibi minuere dꝫ
¶ Et ille cuiꝰ ꝯpľo ad frĩitateꝫ declinat langueris bibe
re dꝫ et triferas et ex eis q̃ stõum et ĩtestina et venas q̃
sunt iuxta ea mũdificare ꝯsueuerũt. ¶ Et nihil quidẽ đ
terius est q̃ diuersa nutriẽtia siľ adiungere et pꝰ in come
dẽdo tp̃s prolõgare. Qum eñi postremũ nutriẽs adue
nit p̄mũ iam ĩcepit digeri:nutriẽtis ergo p̱tes in digerẽ
do non siľantur. O pꝫ p̱reťea te scire ꝙ nutriẽs meliꝰ est
qđ melius sapit ꝓpterea ꝙ stõus et v̓tus retentĩa vehe
mẽter ipsi applicant̃ quꝫ bone fuerit subẽ et fuerint oĩa
p̄ncipalia mẽbra ẜm op̱onẽ sibi ad inuicẽ ꝯueniẽtia et sa
na:et ista q̃dem est ꝯditio ꝙ si ꝯpľones sane nõ fuerint et
mẽbra in suis cõpľonibus diuersificent̃: fueritqꝫ epar a
stõ diuersum ẜm diuersitateꝫ que fit sup̱ nãlem non erit
istud ꝯsiderañ. ¶ Ex ĩpedimẽtis v̓o nutrientis bñ sapo
rosi vehem̃ter grossi est ꝙ poťe est vt hõ ex eo multũ co
medat. Ex vicibꝰ p̱reťea satiantis comestiõis meliꝰ est
vt hõ vna die semel et alťa bis mane et vespe comedat:
verũtñ in hoc vsus vehem̃ter est ꝯseruãdus:qm̃ si ille q̃
bis in die comedeꝛ ꝯsueuit semel comedit debilitabit̃ et
laxabit̃ eiꝰ v̓tus. Sꝫ qui digerendi debilitatẽ hꝫ bis co
medere dꝫ et raro comedat semel ĩ die. Et q̃ semel ĩ die
comedere ꝯsueuit si ad bis comedeñ redibit accidet ei đ
bilitas et pigritia et laxitas:et si sine comestiõe p̱manẜit
nocte illa debilitabit̃ et si cenauerit ñ digeret̃ et accidẽt
ei ructꝰ accidi et malitia aĩe et nausea et oris amaritudo
et lenitas vẽtris ꝓpterea ꝙ stõ ĩmisit rem quã non ꝯsue
uit et accĩt ei aliqđ accñtiuꝫ que accñt ei cuiꝰ nutriẽs ñ
bñ fuit digestũ que nũc scies. Et ex eis quidẽ que accñt
ei sꝫ dolor oris stõi et mordicatio et videbit̃ sibi ꝙ oĩa e
ius inťiora et ĩtestina sint suspẽsa ꝓpter vacuitatẽ stõi et
ꝑꝑea ꝙ in se ipso colligit̃ et ꝯtrahit̃ et miget vrinã ardẽ
tem et egeret rem ardentẽ. Et est ẽt qum in extremitati
bus accĩt frigus ꝑꝑea ꝙ cholera rubea stõum inflãma
uit. Et hoc quidẽ est magis in cholericas hñtibus ꝯpľo
nes et siľr in eis q̃ hñt in stõ cholerã rubeã et non ĩ toto
corpore et corrũpetur sõnus et de latere ĩ latus reuolue
tur. ¶ Corpora p̄terea hñtibus in q̃bus cholera rubea
magis adunat̃ est necesse sep̱atiꝫ comedere et vt tã velo
citer sit q̃tenus sit añq̃ balneent̃: alia v̓o ab eis exercita
ri debẽt et etiã balneari deinde cibari sed cõestio balnea
tionẽ non p̱cedat ꝙ si alicui nc̃riuꝫ fuerit comedere añ
exercitiũ solũ panẽ tali sumere dꝫ mensura vt digeri pos
sit añq̃ suũ incipiat motũ. Et quẽadmodũ oꝫ motum q̃

est añ comestioné debilé non éẽrita necesse est ei ne mot⁹
q̃ est p⁹ ipsam fit nisi molliter et suauit᷑. ¶ Corrupto ṕ
terea desiderio qȯ ad res decliat acutas ⁊ nȝ dulces di
ligit nȝ vnctuosas nil est meli⁹ q̃ȝ vomitũ cum tali q̃le est
oxymel cũ raphano post pisces ꝓuocare. Qui auté ex
hoíbus piguis exit oȝ ne illico qũ egredit᷑ balneũ come
dat sed expectet ⁊ ꝑuum dormiat somnũ: et huic quidé
semel comedere i die est ꝯueniens. ¶ Ampli⁹ non illico
post comestioné est dormieñ cibo natante et a forti motu
q̃tũ plus poſe est abstineñ ne cibus anteq̃ȝ digerat᷑ pene
tret aut sine digõe labat᷑ aut ꝑꝑ iundationé corrũpatur
neqȝ p⁹ ipsum multa bibenͣ est aq̃ que int᷑ ipsum ⁊ corp⁹
stõi sepõeȝ faciat ⁊ ipsum faciat natare. Sed expectañ é
⁊ non é bibeñ donec de stõ descendat. Et hoc quidé de
clarat supiozis ventris leuitas. q̃ si sitis ei necessitaté fe
cerit modicũ aque fre sugendo sumat et q̃toplus fuerit
fra tãto min⁹ ex ea sufficiet. Et h̄ quidé q̃titas stõum al
leuiat et colligit. ¶ Ad summũ v̇o oȝ vt p⁹ comestiõem
bibat q̃l ⁊ non i hora comedẽdi q̃titatem aliq̃ȝ que cibo
cõferat. ¶ Sitim auté tollerare ⁊ cũ ea dormire ifratis
⁊ humectatis cõfert ⁊ febres ex cholera rubea hñtibus
nocet et silr̃ tollerare famé. ¶ Cholera ṕterea rubea a
bundantib⁹ ex tollerãtia famis accit vt cholra rubea ad
ipsoꝝ descẽdat stõs: Q̃ñ q̃ȝ aliq̃d comederint ipsoꝝ cor
rumpent᷑ cibi ⁊ in sõno et in vigilijs accidet eis illud qȯ
noiauimus ex eis q̃ ei accñt cui⁹ corrũpitur cibus. Eis
quoqȝ accidet vt comedẽdi voluntaté amittãt. Quibus
tunc dañ est aliq̃d qȯ hoc deponat et eoꝝ resoluat nãm
cũ eo qȯ est lene ⁊ nõ fastidiés sicut prũa ⁊ paꝝ xirascet.
¶ Q̃ñ q̃ȝ desideriũ reuersum fuerit comedãt: lȝ corpõa
hũida cum huitate nãli habẽtes veloci resolõni sint apti
nȝ tm̃ famis tollerẽt q̃tum corͣ sicca pauce huitatis hẽn
tes nisi huitatib⁹ plena fuerint alijs ab eis q̃ sunt i subã
membroꝝ eoꝝ qum bone fuerit ⁊ ꝯueniẽtes ⁊ recipiẽtes
vt nã eas in nutrimñtuȝ in effectu ꝯpletũ ꝯuertat. ¶ Vi
num quoqȝ post cibũ est ex rebus magis ipedientib⁹: qm̃
digerit᷑ velocit᷑ ⁊ penetrat et facit penetrare cibuȝ qum
nondũ sit digest⁹ et facit hereditare oppilatões et putre
factioné. ¶ Res preťea dulces ad faciẽdas oppilatões
sunt veloces: qm̃ nã eas trahit ãteq̃ȝ digerant᷑. Et oppi
lationes quidé ad multas ꝑducunt egritudies tales q̃lis
est hydropisis. ¶ Grossities ṕterea aeris ⁊ aque ⁊ que
maxie est in estate é ex eis q̃ cibum corrũpunt. Jõqȝ non
est malũ vt sup ipsum vinũ tempatuȝ bibãt aut aq̃ȝ calaȝ
i q̃ cocta fuerit xiloaloes ⁊ mastix. ¶ Ei preťea cui⁹ ite
stina cala fuerit ⁊ fortia qũ grossum comederint cibũ fre
quent᷑ accidet vt ipsi⁹ nutriens vẽtositates efficiet ⁊ stõȝ
⁊ ꝑtes eius tendẽtes ⁊ egritudo mirachia inde etiã ꝓce
dit. ¶ Qui auté stõum hȝ vacuũ qum ré comedit subti
lem stõus post ipsam stringit᷑: ⁊ si postea ré comedere vo
luerit grossã refugiet ab ea stõus neqȝ eã digeret q̃re cõ
rumpit᷑ nisi int᷑ ea tp̃s positũ fuerit. ¶ Et i h⁹ᶦ quidé di
spõe meli⁹ est vt grossus cib⁹ paulati ṕmittat᷑: qm̃ stõus
tunc a subtili nõ terebit᷑. ¶ Qum auté in aliq° comedẽ
te replo supfluerit aut q̇a in ei⁹ stõ aliq̇s iundauerit mo
tus aut aliq̇s admiscebit᷑ pot⁹ ad vomeñ erit ꝓperandũ
Q̇ȯ si hoc ei defecerit aut vomeȓ nõ potuerit aq̃ȝ calaȝ
paulati bibat: qm̃ replonem deponet ⁊ somnuȝ afferet.
Ad dormieñ ergo se ꝓsternat ⁊ q̃tum voluerit dormiat
Q̇ȯ si hoc nõ suffecerit aut ei nõ aduenerit ꝯsidera si te
nã excusabit expulsiõe bonũ erit ⁊ si nõ iuua ip̃m cũ eo
qȯ ventré suauit᷑ soluit. Et calefactũ quidé cuȝ tali q̃lis
est trifera ⁊ zuccaꝝ roſ egõeȝ faciés aut mistũ cũ origão

murabato ⁊ infratum cũ tali q̃le est cyminũ murabatũ ⁊
seriezé ⁊ tambri. Et potu quidé ipleri meli⁹ est q̃ȝ ipleri
cibo. ¶ Et ex eo qȯ est ꝯueniens sumeȓ é aloes p⁹ tale
q̃le est cib⁹ hic ad magnitudiné trium ciceꝝ aut mediaȝ
ȝ. aloes ⁊ mediã. ȝ. masticis ⁊ sextã. ȝ. baurac. ¶ Et ex
eo qȯ est leue est sumeȓ ex terebinthina ẜm q̃titaté duoꝝ
ciceꝝ aut triũ. Et est qũ ei admiscet᷑ q̃tum ipsa é aut mi
nus ex baurac. ¶ Et ex eo qȯ ꝯueniẽs ⁊ vehemẽter lau
datum é paꝝ epithymi cũ vino. Q̇ȯ si nihil hoꝝ suffece
rit dormiat somnũ longũ et die vna a comestione abstine
at. Et si alleuiat⁹ fuerit balneet se ⁊ pãnũ calm vẽtri su
perpõat ⁊ nutriẽs subtiliet. Et si cũ hoc toto nõ digest⁹
fuerit ⁊ grauitaté et tensioné ⁊ pigritiã fecerit scias q̃ iã
vene replete st᷑ ex suis supfluitatib⁹: qm̃ nutrienti mlto ⁊
supfluo lȝ accidat vt in stõ digerat᷑: raro tñ digerit᷑ in ve
nis: imo in ipsis remanet crudũ ⁊ extendit eas ⁊ q̃ñȝ sci
dunt᷑ ⁊ generat pigritiã ⁊ laboré ⁊ alices et oscitatões:
Ipse igȋ medicand⁹ est cũ eo qȯ ex venis expellit. Q̇ȯ si
neqȝ hoc sensit imo fatigationé tm̃ aliquo tp̃e q̇escat: ȯ
inde fatigatõis spém q̃ accit medicet᷑ cũ eo qȯ mõ noia
bimus. ¶ Si v̇o aliq̇s in annis multũ ꝓcesserit nȝ ipsi⁹
corp⁹ ex nutrimñto tantũ recepit q̃tuȝ suscipiebat dũ eẽt
iuuenis ⁊ ei⁹ nutriẽtia fiant supfluitates nõ tantũ oȝ co
medere q̃tum solebat imo minus. Et qũ ille q̇ regimen
igrossare ꝯsueuerat regimé subtiliauerit et ingrediet᷑ ex
aere i foramina ⁊ hoc é qȯ regis grossitudo ipediebat:
sed iã nulla regis grossitudo ipedit ea. ¶ In subtiliante
v̇o regie qum ad ipsũ ingrossãdo redit accñt oppilatões
Et caloꝝ nutrientiũ impedimñta emendẽtur cũ sirupo a
cetoso ⁊ q̃ȝ maxie de seib⁹: qm̃ ipse é magis iuuãs q̃ȝ oẽs
spẽs sirupi acetosi si fuerit de zuccaro. Sed si fuerit de
melle simplex sufficit. Et froꝝ que ex eis st᷑ cum hydro
melle et sirupo ipsi⁹ ⁊ diacymino. Et q̃ ex eis st᷑ grossa
ꝯplõné hñs calam cũ sirupo acetoso de fortib⁹ seibus: et
cõplõneȝ hñs fraȝ ea corrigat cũ pauco diatrionpipeon
aut diacalamẽti. ¶ Nutriẽtia v̇o subtilia magis st᷑ sani
tatis ꝯseruatiua ⁊ v̇tuté min⁹ iuuãt ⁊ fortitudiné: ⁊ gros
sa st᷑ istis ꝯtraria: ei igȋ q̇ ꝯfortatõe indiget nutriẽtia fõtis
chimi st᷑ ncr̃ia ⁊ vehemñtis famis ꝯrium. Verũtñ ex eis
non multũ comedant iõ vt digerant᷑. ¶ Exercitati ṕte
rea ⁊ multi laboris magis st᷑ tollerãtes nutriẽtia grossa
quos forsitan i digerendo iuuat fortis somn⁹: ⁊ q̇a i ipo
fiunt ꝓfundi. Sed accit eis ꝑꝑea q̃ multũ sudant ⁊ ex
eoꝝ corporib⁹ mlta resoluit᷑ q̃titas q̃ ipsoꝝ epata ex nu
triente rapiũt illud qȯ nondũ fuit digestuȝ ⁊ prepat eos
ad egritudines ꝑnitiosas in fine vite aut in ei⁹ ṕ̇ncipio ⁊
prope q̇a st᷑ in sua ꝯfidentes digestiua q̃ ex sua hñt dor
mitione q̃ destruit᷑ qum eis frequẽter accñt vigilie ꝓ̇pe
qum senescũt. ¶ Fruct⁹ preťea recẽtes non st᷑ boni nisi
laboriosis exercitatis cholra rubea abundãtib⁹ ⁊ in esta
te ⁊ eos añ comestioné comedãt. Et ipsi q̇dem sunt sicut
chrysomila ⁊ mora ⁊ melones ⁊ ꝑsica ⁊ pruna. Q̇ȯ si a
lijs regant᷑ reb⁹ ⁊ non istis erit meli⁹: qm̃ ois res q̃ san
guiné aquositate iplet q̃ in corpõe ebullit sicut succ⁹ fru
ctuum extra: lȝ ea hora iuuamẽtuȝ prestet tñ ipsuȝ ad pu
trefactioné ꝑat: ⁊ silr̃ illȯ qȯ sanguiné hũore implet cru
do lȝ quãdoqȝ ꝯferat sicut cucumeres ⁊ alcheret. Et ꝓ
pter hoc q̇ his nutrientib⁹ multũ vtunt᷑ febrib⁹ sũt apti:
licet ṕ̇us infrent. ¶ Et tu q̇dem scire debes q̃ hũori a
quoso plerũqȝ accit vt fiat pus ⁊ hoc erit qum nõ resol
uetur ⁊ in venis remãserit: ⁊ qum isti exercitijs vti cepe
rint anteq̃ȝ h⁹ᶦ aggregent᷑ aquositates ⁊ illico qũ fruct⁹
comederit etiam exercitent᷑ resoluent᷑ aquositates iste et

minuet̃ impedimentũ qđ ꝑ eas hñt. ¶ Scire quoq; de
bes ꝙ qum in sanguie phl̃a erit crudũ aut aquositas ꝓ
hibet ne cibi nutrimentũ cõpori adhereat. ¶ Opꝫ pͥte
rea vt q̃ fructꝰ comedit pꝰ ipsos incedat: deinde post ip
sos comedat aliq̃d ad hoc vt labant̃. ¶ Nutriẽtia vͦ q̃
aquositatẽ gñant ⁊ humorẽ crudum et chol̃aꝫ gñant fe
bres ꝓpterea ꝙ ea q̃ ex ipsis s̃t aquosa faciunt sanguinẽ
putrefieri: ⁊ q̃ ex eis s̃t viscosa ⁊ grossa ꝑpea ꝙ foramia
claudũt ⁊ ex eis chol̃ica iõ ꝙ corpꝰ calefaciunt ⁊ ꝑꝑ san
guinis acuitateꝫ qui ꝑ ea gñatur. ¶ Olera vͦ chol̃ica
qñꝫ multũ ꝯferunt in hyeme queãdmodũ q̃ ex eis s̃t insi
pida: qñꝫ multũ ꝯferunt in estate. Q̃ đ si alicui nc̃riuꝫ fu
erit nutriẽtia comedere mala paucis vicibꝰ ⁊ non freq̃n
tibus eis vtat̃ ⁊ cuꝫ eis misceat qđ sit eis ꝯ̃rium. ¶ Et
cui quidẽ res dulcis nocum̃tuꝫ pͥbet acetosa bibat sicut
acetũ ⁊ granata ⁊ sirupũ acetosum factũ ex vino acri et
cydonijs ⁊ his sil̃ia ⁊ vsum hẽat euãndi. Et cui acetosũ
nocuerit pꝰ ipsum mel sumat aut vinũ antiquꝫ: ⁊ hoc q̇
dem faciat ante maturationẽ ⁊ digõeꝫ: ⁊ sil̃r vnctuosi no
cumentũ pontico emẽdat̃ sicut s̃t castanee ⁊ grana myr
ti ⁊ siliq̃ de syria ⁊ alnabac ⁊ zazur ⁊ amaro sicut enula
muraba ⁊ salso ⁊ acuto sicut cauguamec ⁊ alleis ⁊ cepis
et ecõuerso. ¶ Q̃ũ vͦ alicꝰ corpꝰ mal̃ fuerit repletũ hu
moribꝰ cum subtilitate ipꝫ nutriẽtibꝰ laudabilibꝰ copio
se refice. Et illũ cuiꝰ corpꝰ ad resolueñ facile fuerit nutri
hũido qđ velocit̃ digerat̃. Gal̃. inq̃t hũidum nutriẽs est
qđ ab oĩbus q̃litatibꝰ est sepatũ: ⁊ est q̃si in sipidũ: qm̃ nꝫ
est dulce nꝫ acetosũ neq; amaꝝ neq; acutũ nꝫ ponticũ nꝫ
salsum. Raꝝ pͥt̃ea est magis tollerãs nutriens grossuꝫ
q̃ solidũ. ¶ Nutrientia quoq; sicca assidue comedere
fortitudinẽ cadere facit ⁊ colorẽ corrũpit ⁊ nãm siccat.
Et ex vnctuoso fit ociositas ⁊ aufert̃ desideriũ. ¶ Ex
fr̃o fit ociositas et subtilitas: et ex acetoso fit seniũ: et sil̃r
ex acuto ex salso fit st̃õ nocum̃tum et salsũ etiaꝫ ĩpedit o
culum. ¶ Amplꝰ qum vnctuosũ nutriẽs et ꝯueniẽs co
medit̃ post malũ nutriẽs corrũpet ipsum. ¶ Nutriens
quoq; viscosum est tardiꝰ ad descendeñ ⁊ sil̃r citroli cuꝫ
suis corticibꝰ velocius descendũt q̃ excorticati: ⁊ sil̃r pa
nis cũ suo furfure velociꝰ descẽdit q̃ cribellatus. ¶ La
boriosi pͥterea regimẽ qum subtiliat̃ ⁊ pꝰ rem comedit
grossam sicut rizũ cum lacte post famẽ acuit sanguinẽ et
fit vt ipse ebulliat vñ minutõis ꝓuenit necessitas: lꝫ paꝝ
sit ex quo fuit minutꝰ ⁊ sil̃r iram hñs. ¶ Scire pͥt̃ea
debes ꝙ dulce nutriẽs rapit nã anteq̃ maturescat ⁊ di
gerat̃ ⁊ corrũpit sanguinẽ. ¶ Nutriẽtiũ quoq; iudicia
qñq; fiunt ex ꝑte ꝯpõnis ipsoꝝ. ¶ Expimentatores nã
q; indi ⁊ alij iam dixer̃t ꝙ lac cum rebꝰ acetosis edeñ nõ
est: neq; pisces cũ lacte: qm̃ inde ad egritudines ꝑuenit̃
ꝑmanentes sicut lepra nꝫ cõedi dꝫ mest cũ raphãis neq;
carnibꝰ volatiliũ nꝫ sanguis pꝰ rizum cũ lacte nꝫ in pul
mento ponat̃ oleum aut res vnctuosa que ĩ eneo stetit va
se: nꝫ comedat̃ assatura q̃ fuit assata sup̱ prunas retim.
¶ Cibaria quoq; diuersa a duabꝰ impediũt ꝑtibꝰ. vna
eaꝝ est ꝑꝑ diuersitatẽ eoꝝ in digerẽdo: ⁊ qm̃ qđ ex eis ẽ
digestũ ei admiscet̃ qđ non ẽ digestum. Et s̃a qm̃ aliq̇s
plus põt comeder̃ ex vno cibario. In tp̃e quoq; antiqͦ
q̇ exercitabãtur iam fugier̃t ab hoc. ¶ Contẽti eni erãt
soliꝰ carnis comestiõe in mane ⁊ soliꝰ panis in cena. Et
in estate quidẽ melior comedẽdi hora exit que est fr̃ior.
Famẽ quoq; tollerare stomachũ qñq; malis replet hũo
ribus. ¶ Amplꝰ scire debes ꝙ alcubeb qum digerit̃
multi exit nutrim̃ti: sed tarde descẽdit ⁊ in mouẽdo mo
rã facit: ⁊ surabeꝫ ẽ nutriẽs bonũ: qũq; ĩ ipsa fuerit cepe
ventositates expellit: ⁊ qũ cepe nõ fuerit ꝯmouebit vẽto
sitates. ¶ Ex hoĩbus pͥt̃ea sunt q̇ putãt vuas post ca
pita assata vtiles existere: sed nõ ẽ queãdmodũ existiant
imo vehem̃ter sunt male ⁊ sil̃r nabit. Sed ⁊ comedẽda
sunt talia q̃lia sunt grana mali granati absq; suis ossibꝰ.
¶ Scire quoq; debes ꝙ tauiꝫ ẽ sicca ⁊ ventrẽ stringẽs
sed pullꝰ est hũidus ⁊ ventrẽ soluens. ¶ Ex gallis vͦ
assatis melior est q̃ in ventre hedi aut agni assat̃: qm̃ eiꝰ
cõseruat̃ hũiditas. ¶ Et etiã sciř debes ꝙ ius pulli ve
hement̃ tempat hũores ⁊ plus q̃ ius gallinaꝝ: sed tñ ius
gallinaꝝ est magis nutriẽs. ¶ Hedus pͥterea qũ fuerit
frigidus erit melior ꝑꝑa ꝙ eiꝰ q̇escit vapor. Et agnꝰ qũ
est cal̃us est melior ꝑpea ꝙ ipsiꝰ malus odor resoluit̃.
¶ Zebrabegi quoq; qum calefactis dat̃ non oꝫ vt sit ĩ
eo crocus: sed nõ calefactis ĩ eo eẽ dꝫ crocꝰ. ¶ Allues
quoq; lꝫ ex zuccaro fiãt sicut pheludeꝫ: male tñ sunt pro
pterea ꝙ oppilatões faciũt ⁊ sitim. ¶ Amplꝰ scire de
bes ꝙ impedim̃tum panis qũ non digerit̃ ẽ multũ. Sꝫ
carnis nutrim̃tum qum non digeritur est minus hoc.

¶ Capl̃m. viij. de regimi ne aque ⁊ vini.

Cum pl̃onibꝰ tẽperatis aq̃ ꝯuenientior est q̃ in
fr̃itatis fortitudie tempata exit: ⁊ cꝰ inflatio cũ
niue deforis fit pͥcipue si nix mala fuerit. Et ĩ
niue etiã mala hꝰi exit dispõ: qm̃ qđ ex ea resoluit̃ ner
uis ⁊ mẽbris anhelitꝰ nocumentũ facit ⁊ oĩbus interio
ribus: neq; tollerat eã nisi vehem̃ter sanguineꝰ: ꝙ si non
illico nocumentũ alicui fecerit s̃m longitudinẽ dieꝝ faci
et ⁊ qum ĩ annis ꝓcesserit. ¶ Empicoꝝ autẽ quidã di
xerunt ꝙ int̃ aquã putei ⁊ fluiis non est faciẽda ꝯiunctio
nisi qum vna eaꝝ descẽderit. ¶ Et aque quidẽ electio
nem iam demr̃auimꝰ ⁊ sil̃r emẽdationẽ eiꝰ que ex ea ma
la est: sꝫ tñ si aceto misceat̃ rectificat̃. ¶ Scias autẽ ꝙ
bibere aquã qum aliq̇s est ieiunꝰ ⁊ pꝰ exercitiũ ⁊ bal̃nea
tionẽ ⁊ ꝓprie ventre vacuo ⁊ sil̃r siti mẽdose nocturne
obedire queãdmodũ crapulatis accit ⁊ ebrijs ⁊ quꝫ nã
in digerẽdo studet facietate aq̃ iam sufficient̃ precedẽte
vehem̃ter est ĩpediens et si multa quidẽ fuerit necessitas
oꝫ vt aere fr̃o tẽperet̃ et collutõe oris ex aq̃ fr̃a. Deinde
si hoc nõ suffecerit cũ vase bibat stricti orificij: lꝫ hoc qñ
q; ebrio ꝯferat et nõ impediat̃ a potu aq̃ ieiunus. Q̃đ si
q̇s ieiunꝰ abstinere nõ pot̃it q̇n aquã bibat et ꝓprie post
exercitiũ bibat pͥus vinũ aq̃ cal̃a tẽperatũ. ¶ Et siti q̃
dem mẽdosa ĩpeditis scire dꝫ ꝙ dormire et sitim tollera
re ipsam sedat. Nã eni tunc mãm sitim resoluet et ꝓprie
qum int̃ tollerãtiã et somnũ ꝯiunctio fit. Q̃ũq; nã dige
stiua extinguet̃ ꝑꝑ potũ et obediẽtiã eiꝰ redibit sitis mẽ
dosa ꝑpea ꝙ hũor sitim faciẽs eleuat eã. ¶ Opõtet pͥ
terea ne sitim hñs mendosã aquã in gurgitando sumat: ĩ
mo sugendo. Multã quoq; aquã fr̃am bibere est malũ.
Q̃đ si vehement̃ nc̃riũ fuerit fit pꝰ sufficiẽtẽ comestiõeꝫ

Aqua tepida

¶ Amplꝰ aq̃ tepida nauseã fac̃. Et q̃ magis calefacta
est q̃ ista qum frequent̃ bibit̃ infirmat stõm: sed qum ra
ro bibit̃ stõum lauat et ventrẽ resoluit. ¶ Uinum vͦ al
bum et subtile calefactis ẽ meliꝰ: nõ eni capitis efficit do
lorem: sed fortasse hũectabit et dolorẽ capitis alleuiabit
q̇ ex stõi ardore ꝓuenit. Et loco quidẽ ipsiꝰ ponit̃ illud
qđ tortell̃ aut pañ clarificat̃: et ꝓpe qũ factũ fuerit dua

Nota

bus horis añq̃ bibat̃. ¶ Uinũ vͦ grossũ qđ est dulce ẽ
meliꝰ illi q̇ pinguis vult eẽ et fortis. Ab oppilatiõibꝰ tñ
eiꝰ sibi caueat. Uetꝰ autẽ rubeum est meliꝰ oppilatonẽ
hñti fr̃am et phl̃aticam. ¶ Et vinũ quidẽ post qđlibet
oĩum cibarioꝝ bibere est malum queãdmodũ hꝰ cãm iã
integre decl̃auimꝰ. Non gͦ bibat̃ nisi postq̃ ipsuꝫ fuerit

korasc. Oleuȝ uero picis primū est alchitrā. Et eius oleum fit ut distillet eius hūidum ubi decoquit ut desiccetur aut suspendat supra ipsum lana ⁊ madefiat ex uapore eius ⁊ qum madefacta fuerit exprimat ī uase alio. Qū tñ fit possibile ut distillet in cucurbita ⁊ alēbico melius ꝙ illo modo ⁊ magis ꝓuat illud qđ sublīatur. ¶ Opera. et prope. ¶ Est maturatiua humorū grossoꝝ abstersiua calefactiua. ⁊ hūida est vehemētius maturatiua ⁊ sicca fortius est desiccatiua ⁊ ponitur in emplīs. ¶ Decoratio. ¶ Extirpat albedinē vnguis ⁊ attrahit sanguinem ad membra ⁊ impinguat ea ꝓpe qum iterat eius adherentia ⁊ euulsio subito cuȝ uiolētia ⁊ linitur super fixuras pedum ⁊ reliquoꝝ mēbrorū ut sanet eas. Et emplm factum ex ea facit nasci pilos ī alopitia. ¶ Apostemata ⁊ bothor. ¶ Lenit apata dura ⁊ proprie hūida ⁊ administrat cum farina ordei sup scrofulas ⁊ ꝓhibet qum permiscet sulfuri aut cortici arboris aliembut ambulatōem formice ⁊ ꝓhibet exituras glandulaꝝ oium. ¶ Uul. ⁊ vlce. ¶ Delet ipetiginem ⁊ generat carnem in vulnerib⁹ ꝓfundis proprie cum puluere turis ⁊ cum melle ⁊ mūdificat vlcera corruptaꝝ humiditatū ⁊ sicca in hoc ⁊ in vulnerib⁹ est vehementioris exiccatōis. ¶ Instru. iunc. ¶ Confert apatibus in lacertis. ¶ Mem. ca. ¶ Sicca ⁊ hūida bona est vlceribus capitis. ¶ Mem. ocu. ¶ Fum⁹ picis bonum efficit marginem oculi ⁊ facit oriri pilos palpebraꝝ ⁊ ꝓhibet lacbrymas eius ⁊ implet vlcera ī oculo ⁊ confortat uisum. ¶ Mem. an. ⁊ pec. ¶ Confert tussi frigide ⁊ sicce ⁊ proprie cum amigdalis ⁊ zuccaro in ptisi ⁊ ꝑipneumōia ⁊ facit sputum facile ⁊ maturat ⁊ similr cum oleo amigdalino est eius maturatio plima. Sola uero qū est tūc eius mūdificatio est mior maturatōe eius ⁊ cum zuccaro est econtra: Et ꝓhibet sputum sanguinis ⁊ ꝓhibet sputum saniei qum lambit ex ea quātitas. ʒ. ⁊. ʃ. cum melle. Ex pice aūt humida qñ linitur palatum est utilis ꝓfocatōi. ¶ Mem. expl. ¶ Lenificatiua est ⁊ plimus usus ei⁹ soluit ⁊ fit ex ea enema ad apata calda ⁊ dura in intestinis ⁊ matrice ⁊ testiculis. Et ponitur in medicinis vulneꝝ orificij vesice. Et quādo linitur pix super fixuras ani sanat eas. ¶ Uenena. ¶ Resistit venenis ⁊ confert qum linitur super morsum uipere.

De porro. C. D. xlix.

Porrum qđ est. Porri aliud est scemiuȝ ⁊ aliud est nabathium: ⁊ aliud est qđ dicit porꝝ siluestre Et est illud qđ est inter porꝝ ⁊ alleum qđ est melius in medicina ꝙ in cibo sed nabathium magis ingreditur ī curatōibus ꝙ scemium. ¶ Natura. ¶ Nabathiuȝ est calidum in 3° siccum in ꝯo. Et siluestre est calidius ⁊ siccius ⁊ propter illud est deterius. ¶ Decoratio. ¶ Scemium cum sumach confert verrucis. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Scemiū cum sumach delet essere. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Scemium cum sale confert vlcerib⁹ fraudulentis. Et qđ ex eo est siluestre vlcerat corpus ⁊ ¶ Mem. capi. ¶ Abscindit fluxum sanguinis ex naribus ⁊ suffumigat ex semine eius cum alchitran dēs in quo est vermis ⁊ interficit vmē ⁊ eijcit illum ⁊ ipsius comestio facit soda ⁊ facit imaginari ⁊ uidere somnia mala ⁊ ipsius cinis cum oleo rosaceo ⁊ aceto vini est ꝯueniens auri dolorose. Et est ex eis que corrūpunt gingiuam ⁊ dentes ⁊ findit eos ⁊ proprie scemiū. ¶ Mēbra oculi. ¶ Nocet visui. ¶ Mem. an. ⁊ pec. ¶ Cū aqua ordei confert asmati facto ex mā grossa ⁊ proprie nabathiū et proprie cum melle et confert ad apata pulmonis et maturat ea et dant ex semine eius. ʒ. ij. cum equali pondere sui de granis myrti ad sputū sanguis ⁊ ¶ Membra nutri. ¶ Est malum stō et siluestre est deterius domestico qm̄ est amarius et acuti⁹ ⁊ magis mordicatiuuȝ ipso: et porꝝ quidem totum est īflatiuum oȝ ergo ut elixetur in duabus aquis q̄ alleuiant inflatio ⁊ nocumentum ipsius. Ruffus uero dixit ꝙ ipȝ abscindit eructuatōem acetosam ⁊ est vlr tarde digōnis. ¶ Membra expl. ¶ Prouocat vrinam ⁊ menstrua proprie nabathium ⁊ siluestre ⁊ nocent ambo vesice ⁊ renibus vlceratis ⁊ confert hemorroidibus quđ ex eo elixum est comestum ⁊ more emplī superpositum ⁊ cōmouet coitum ⁊ silr eius semen torrefactū. Et semen quidem eius torrefit cum granis myrti ad tenasmon ⁊ sanguinem ani ⁊ sedet in decoctōe folioꝝ eius cum aqua ⁊ confert coarctatōi matricis ⁊ duritiei que est in ipsa ⁊ decoctio radicis eius cū issidebeget cum oleo de cartamo aut oleo amigdalino aut sisamino confert colice ⁊ eius succus sicc⁹ ē ex sūma coꝝ que soluunt sanguinē ¶ Uenena. ¶ Succus eius cum mellicrato est conueniens morsib⁹.

De piris. C. D. l.

Pira quid sunt. In ipsis sunt terreitas ⁊ aqueitas ⁊ in nr̄a quidem terra est spēs q̄ dr̄ scenabrud ⁊ hȝ magnam capacitatem ⁊ est vehementis rotūditatis ⁊ subtilis corticis boni coloris quasi puium ⁊ q̄si ipsū sunt aqua zuccari coagulata congelata plimuȝ sed non propter spissitudinem subē boni odoris ualde qđ qum ab arbore sua cadit super terrā destruit ⁊ ista sunt in q̄bus non est nocumentū de spēbus piroꝝ. ¶ Nā. ¶ Pira que noiantur scemia sunt fra in ꝑmo sicca in ꝯo: scenabrud uero tempate humida. ¶ Opera. ⁊ ꝓprietates. ¶ Om̄s spēs eius sunt stiptice intrantes in emplastris retentōis materieꝝ. Et qñꝗ abstergūt parūp ⁊ eoꝝ humor est plimus ⁊ laudabilior hūore pomoruȝ ꝯm ꝙ dixit ruffus. Ea aūt que dicta sunt scenabrud ī terra corasceni absꝗ alijs sunt lenitiua nature ⁊ boni chimi ualde. ¶ Uulnera ⁊ vlce. ¶ Cōsolidāt vulnera ꝓpe siluestria exiccata. ¶ Mē. nu. ¶ Sūt ꝓpātia stōm ⁊ scemia ꝓpe ꝯfortāt stōȝ ⁊ abscidūt tussiȝ ⁊ sedāt cholaȝ. ¶ Mē. expl. ¶ Cōstringūt ventrē ꝓpe q̄ sunt exiccata: ⁊ in piris quidem est ꝓprietas faciendi euenire colicā q̄ oȝ ut bibat post ipa hydromel cuȝ spēbus que sunt ut piꝑ ⁊ cinnamomum ⁊ his silia. ⁊ eoruȝ rob cōfert fluxui ventris cholerico. ¶ Uenena. ¶ Cinis spēi coꝝ vehementis stipticitatis ⁊ tarde maturatōnis est cura fungoꝝ mortificantium. Et qñ coqūtur isti fungi cum piris minorat nocumentū ipoꝝ.

De pedibus. C. D. li.

Pedes. ¶ Opera. ⁊ proprie. ¶ Generāt hūorem uiscosum non grossum sed ipse est laudabilis ⁊ paucaꝝ superfluitatuȝ. ¶ Mē. an. ⁊ pec. ¶ Cōfert tussi calide proprie cū pultib⁹ ordei. ¶ Mem. nu. ¶ Boni sunt digōni boni chimi viscosi non grossi. Et significatio bonitatis digōnis coꝝ est velocitas inflatōis ipoꝝ ⁊ dissolutōis in decoctōe: uerum coꝝ nutrimētuȝ non est multum. ¶ Mem. expl. ¶ Soluunt cū viscositate q̄ ē in eis.

De palma. C. D. lij.

Palma quid est. Est arbor dactiloꝝ nota ⁊ om̄s ꝑtes eius sunt stiptice ⁊ ꝯmo dactiloꝝ iā ꝑterijt.

De petroleo. C. D. liij.

Petroleum quid est. Album note spēi est ⁊ nigrū est colamentum picis babylonice ⁊ reliquarum ¶ Natura. ¶ Calm est ⁊ siccum usꝗ ad quartum ⁊

¶ O pera. ⁊ proprie. ¶ Est subtile ⁊ proprie album
resolutiuum liquefactiuum apitiuum oppilationum.
¶ Instru. iũctu. ¶ Confert dolorib⁹ anchaꝝ ambaꝝ
et doloribus iũcturaꝝ et proprie album. ¶ Mēbra
capitis. ¶ Petroleum uarium confert dolorib⁹ auris
frigidis. ¶ Mem. oculi. ¶ Confert albugini oculi.
⁊ aque descendenti et nigrum ex eo etiam. ¶ Mēbra
anhelitus et pectoris: ¶ Confert asmati et tussi antiq̃
bibitur enim paꝝ ex eo cum aqua calida. ¶ Membra
expulsionis. ¶ Sedat dolorem ventris pũgitiuum et
ventositates. Et qñ fit ex eo licinium interficit vermes
et proprie nigrum. et cõedere pondus. ʒ. i. de eo frãgit
ventositatez vesice ⁊ frigus matricis. ¶ Venena. ¶
Cõfert pũcture epithimatũ.

## De pentaphilone. C. D. liiij.

PEntaphilon quid est. Est noiatus q̃nq3 folia.
¶ O pera. ⁊ pro. ¶ Est fortis exiccatõnis sine
acuitate ⁊ adustione ⁊ mordicatõne ⁊ fit ex eo emplm
ad fluxum ⁊ sedat ipm. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Fit ex
eo emplz ad dubellet ⁊ scrofulas ⁊ durities phlaticas
⁊ panaritios. ¶ Vulnera ⁊ vl. ¶ Decoratio radicis
eius ualet ad vlcera ambulatiua. ⁊ qđ de eo decoctum
est cum aceto ad formicam ⁊ confert in herisipila ⁊ pa
naricijs ⁊ scabie. ¶ Instru. iunctu. ¶ Cõfert dolori
bus iuncturaꝝ ⁊ sciatice ⁊ ꝯfert ramici bibitus ⁊ more
empli suppositus. ¶ Mēbra ca. ¶ Decoctio radicis
eius ualet ad linguã dolorosam qum ex ea fit emplz ad
cola. Et folia eius cum vino ad epilepsiaz ualet bibita
xxx. diebus. ¶ Mē. an. ⁊ pecto. ¶ Fit gargarisma
cum decoctõe eius ad aspitatem gutturis. ⁊ succus ra
dicis eius ad dolorem pulmonis. ¶ Mem. nutri. ¶
Succus radicis eius ualet ad dolorem epatis ⁊ icteri
ciam qum bibitur per aliquot dies cum sale ⁊ melle et
potio eius sic tres anulusat. ¶ Membra expl. ¶ Cõ
fert radix eius sodoni ⁊ vlcerib⁹ intestinoꝝ ⁊ hemorroi
dibus ⁊ silr decoctio radicis eius. ¶ Febres. ¶ Fo
lia eius cum aumeli aut cum vino conferũt quartane ⁊
quotidiane. ¶ Venena. ¶ Succus radicis eius est
medicina ꝑnitiosa.

## De piscibus. C. D. lv.

PIsces. ¶ Electio. ¶ Meliores pisces sunt illi
qui non sunt magni ualde neq3 hñt carnez durã
neq3 siccam ⁊ in quibus non est pinguedo ita ꝙ quasi
frangatur neq3 mucilago ⁊ in quibus non est malus sa
por uel odor ⁊ quoꝝ sapor est suauis. Suauis enim sa
poris sunt conuenientes ⁊ qui sunt pingues non super
fluam pinguedinem hñtes neq3 grossam neq3 ut sepum
neq3 aci ⁊ illi quibus non cito aduenit fetor qñ ab aq̃
sepantur. ⁊ eligitur quidem ex piscibus duram carnez
hñtibus ille qui est minor. Et ex hñtibus mollē carnē
ille qui est maior ad terminum aliquem. Et ille qui hz
duram carnem salitus melior est eo qui est recens. In
generibus aũt asabot sunt meliores deinde alebani po
stea almerenuse ⁊ alsceba marini non sunt mali s3 mol
les ⁊ pingues ambo sunt grossi: alchanabab aũt alme
renuse ⁊ alcursul sunt boni ualde. In locis aũt in q̃b⁹
morantur est electio qm̃ illi qui morant̃ in locis petro
sis sunt meliores deinde in arenosis ⁊ aquis dulcibus
currentibus in quibus non sunt sordes ⁊ nõ sũt limose
neq3 lacunales neq3 campestres ⁊ non sunt de lacunis
ꝓuis que flumina non imbibũt ⁊ in quib⁹ nõ sũt fõtes
⁊ pisces quidem marini sunt laudabiles subtiles. Et
melior spēs eoꝝ est illoꝝ qui non sunt nisi in mari ⁊ pe
lagi ⁊ illi qui morantur in aquis discoopertis flatui ven
torum super se sunt meliores eis qui sunt econtrario ⁊
illi qui morantur in aquis multaꝝ agitationũ ⁊ vndaꝝ
sunt meliores ⁊ vehementiori indigent exercitio q̃ illi
qui habitant in aquis stantibus. Et pisces quidem
marini sunt optimi subtilis carnis precipue qum ipoꝝ
hitatio est in littoribus petrosis aut arenosis: ⁊ pelagi
quidem qui sunt de mari plimi sunt exercitij. Et illi q̇
uadunt de mari ad flumia dulcia quoꝝ cursui ꝯtraria
exit aqua natura etiã sũt subtiles ⁊ plurimi exercitij.
Scđm cibum aũt illi qui cibant̃ herbis bonis ⁊ radi
cibus plantaꝝ sunt meliores his q̇ cõedunt sordes que
ꝓijciuntur in ciuitatib⁹ ad loca infusionum ⁊ radices
plantaꝝ malarum quãuis sit in vltimo boni saporis.
Modus uero melior in quo pisces comedunt̃ ē alissi
dibegi deinde illoꝝ qui sunt assati super testam. Frixi
uero sunt cõuenientes hñtibus fortem stõm ⁊ cũ seib⁹
⁊ assati quidem sunt nutribiliores ⁊ tardioris descensi
onis ⁊ elixati sunt ecõtrario. Et melior ipoꝝ decoctio
est ut coquatur aqua donec ferueat deinde ꝓijciantur
in eam. Saliti autem sunt meliores qui sunt recentes.
deinde illi qui sunt ꝓpinqui termino quo sunt saliti. ⁊
meliores istoꝝ sunt illi qui sunt conditi cum aceto ⁊ cũ
rebus condientib⁹ cibaria: ⁊ aqua quidem in qua eli
xantur pisces saliti ⁊ proprie alierui sunt vehementis
mũdificatõis ⁊ ponit̃ in clisteribus exiccatiuis ¶ Na
tura. ¶ O is piscis frĩus est ⁊ humidus. verum q̇dam
pisces sunt calidiores scđm ꝯpatõez ad ꝯplõez piscium
sicut alcuseigi ⁊ alierui ⁊ almerennegi. Et saliti q̇dem
sunt cali ⁊ sicci ⁊ quãto plus antiquant̃ tanto plus in
ambobus augmentant̃. Et aqua quidē pisciũ salitorũ
filis est almuri in dispõnibus suis. ¶ O pera. ⁊ p ¶
Qui sunt recentes generant phlã aquosũ ⁊ mollificãt
neruos ⁊ non sunt cõuenientes nisi stõ calo ualde ⁊ sã
guis eoꝝ ad subtilitatem declinat ⁊ cutis piscis q̇ noia
tur sakiafon ⁊ est in ꝑtibus domus oratoris qum cinis
puluerizat̃ in oclos aialium delet eoꝝ albũginē ⁊ spēs
quidem pisciũ salitoꝝ extrahunt ea que infixa sũt i car
ne ex locis in quibus tenent̃ ⁊ ꝓprie aliarie. ¶ Vul
nera ⁊ vlce. ¶ Capita semeros adusta erradicãt car
nem additam in vlceribus ⁊ ꝓhibent eaꝝ ambulatõm
⁊ erradicant verrucas ⁊ motũ. Et aqua pisciũ salitorũ
confert vlcerib⁹ putridis ⁊ abluit ea. Et asauie ⁊ pisci
culi sunt boni in curis vlceꝝ putridoꝝ. ¶ Instrumēta
iuncturaꝝ. ¶ Qñ clisterizat̃ cum succo salitoꝝ multo
tiens confert ualde dolori anche. Et qui recentes sũt
mollificãt neruos. ¶ Membra capi. ¶ Pisces parui
quos illi de scemi noiant afir qum colluũt os habētes
alcola fraudulentas ex almuri qui fit ex eis conferunt
⁊ qũ alredradu viuus approximat̃ capiti patientis so
da stupefacit ipsum ne sentiat soda. ¶ Mem. ocli. ¶
Cum cuti sua confricant̃ palpebre scabiose ⁊ confert.
Et cutis eius adusta etiam ingredit̃ in medicis oculi:
⁊ alcofol facto ex eo cum sale delet vngulam ⁊ cõestio
turesule qum est recens acquirit cecitatez oclo immo
oms pisces. ¶ Mem. an. ⁊ pec. ¶ Aliarie recens
mũdificat cãnã pulmonis. ⁊ clarificat vocem ⁊ similit̃
salitus. Et capita piscium salitoꝝ exiccatoꝝ conferunt
vue apate: ⁊ gluten quidem pisciũ ponit̃ in sorbitõib⁹
⁊ prohibet sputum sanguinis. ¶ Membra expl. ¶
Venter sacaidicon lenit ventrem cũ difficultate sue di
gestionis. Et caro aliarie lenit ventrem ⁊ oia iura pi
sciuz leniunt ventrem. Et capita pisciculoꝝ salitorum
recõditorum sunt medicamē bonũ fixure ani ⁊ caufigi

ꝓprie ⁊ tebeul ⁊ almerennegi. ⁊ alcaufigi ⁊ aliarie oẽs
augmentant coitum. Et oĩs piſcis recẽs comeſtus dũ
ẽ calꝰ auget in coitu. ¶ Uenena. ¶ Capita ſumeros
ſalitoꝝ aduſta ponũtur ſuper morſum canis rabioſi et
pũcturã ſcorpionis ⁊ conferũt ⁊ ſilr̃ oẽs piſces ⁊ iura
eoꝝ ⁊ ius oĩs piſcis cõfert in venenis bibitis ⁊ pũctu
ris. ⁊ piſcis qui noiaẽ eutaras ius bibitum ⁊ vomitus
poſt ip̃z multotiens ꝓuocatus ſm cõtiuatõem confert
morſui ſerpentis cornuti ⁊ canis rabioſi.

De piretro. C. D. lvi.

Piretrum quid eſt. Plimũ qͦd de hac planta ad
miniſtraẽ ẽ radix eius. ¶ Electio. ¶ Melius
ẽ illͦd qͦd acutum eſt ⁊ mordicatiuuz lingue ⁊ magnitu
do eius eſt ſꝫ quãtitatem digiti. ¶ Nã. ¶ Exiſtima
uit quidam eoꝝ in quibꝰ non eſt uſus ꝙ eſt ſm̃ ſubtile:
ſed ip̃m non ẽ niſi calm̃ ⁊ ſiccum in 3°. ¶ Opera. ⁊ ꝓ
prie. ¶ Extrahit phl̃a maſticatum ⁊ v̓tus eius ẽ adu
ſtiua ⁊ prouocat ſudorem qum̃ ex eo cuꝫ oleo abſtergẽ
do inungiẽ corpus. ¶ Decoratio. ¶ Si miſceaẽ cũ
oleo ⁊ abſtergendo iungaẽ ex eo prouocat ſudorem.
¶ Inſtrumen. iũc. ¶ Fricatõ facta ex eo ⁊ decoctõe
ip̃ius ⁊ oleo eius confert mollificatõi neruoꝝ antique
⁊ ſtupori eorũ ⁊ prohibet generatõem alcuzez ab eo a
quo generaẽ alcuzez. ¶ Membra capi. ¶ Uehemẽ
ter ap̃it oppilatões colatoꝝ ⁊ conſtrictõem nariuꝫ et
eius decoctio confert dolori dentium ⁊ proprie ſꝫo et
eius acetum confirmat dentes motos ſi decoquaẽ cuꝫ
aceto ⁊ teneatur in ore. ¶ Febres. ¶ Qñ fricaẽ cũ
eo corpus añ ꝑoxiſmum rigoris cum oleo confert rigo
ri facto cum febre ⁊ abſq; febre.

De penidijs. C. D. lvij.

Penidij. ¶ Nã. ¶ Calidi ſunt ⁊ humidi i p̓mo
⁊ proprie albi ⁊ ſunt humidiores alijs ¶ Ope
ratões ⁊ ꝓprie. ¶ Sunt groſſiores zuccaro. ¶ Mẽ
bra anhe. ⁊ pec. ¶ Sũt boni tuſſi. ¶ Mem. expl. ¶
Sũt lenitiui ventris. De pipere. C. D. lviij.

Piper quid eſt. Inquit Gal. in p̓mis qum eleua
tur fructus eius eſt longum piper deinde ſepaẽ
in grana piperis: ⁊ propter hoc eſt longum pip̃ hũidiꝰ
⁊ ideo corrodit ⁊ mordicat parum poſt p̓ncipiũ ſui gu
ſtus. Et radix eius eſt ſilis coſto nigro ſed eſt vehemen
tius acris. Et album eſt debilioris calitatis ⁊ hũitatis
Quidam uero dixerũt ꝙ nigrũ iam exiccatum ẽ ⁊ ce
cidit v̓tus acuitatis eius ⁊ remanſit in albo quͦd non ꝑ
uenit ad vehementiam exiccatõis. ¶ Nã. ¶ Eſt calꝫ
⁊ ſiccum tendens ad quartũ. ¶ Opera. ⁊ ꝓprie. ¶
In ip̃o eſt attractio ⁊ reſolͦ ⁊ abſterſio ⁊ maſticaẽ cũ
vua paſſa ⁊ erradicat phl̃a uiſcoſum. Et eſt ex ſedatis
doloꝝ ⁊ calefacit neruos ⁊ eſt cõueniẽs ſanis. ¶ De
coratio. ¶ Ip̃m cũ nitro abſtergit morpheam ⁊ exte
nuat cum nitro. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Ipſũ cũ pice
reſoluit ſcrofulas. ¶ Inſtrumen. iũc. ¶ Calefacit ner
uos ⁊ lacertos adeo ꝙ in hoc aliud non eſt ei par.
¶ Mem. capi. ¶ Cum aceto confert dentibus.
¶ Membra ocl̃i. ¶ Cõfert albugini poſitũ ĩ alcofol
⁊ abſtergit. ¶ Mem. anhe. ⁊ pec. ¶ Qñ admiſtraẽ i
electuarijs eſt cõueniens tuſſi ⁊ doloribꝰ pectoris ⁊ eſt
ꝯueniens cũ melle poſitum in palato ad ſq̇nantiam et
mũdificat pulmonem. ¶ Membra nutrim̃. ¶ Eſt
digeſtiuum faciens appetitum ⁊ bibiẽ cum folijs lauri
recentibꝰ ⁊ confert dolori ventris pũgitiuo ⁊ inflatõi
⁊ eſt cum aceto bibitum ⁊ linitum bonum ap̃atibꝰ ſple
nis. Et album magis cõueniens eſt ſtõ ⁊ vehemẽtius
confortat ip̃m. Et longum piper facit cibum deſcende
re facile. ¶ Mem. expl. ¶ Prouocat vrinaꝫ ⁊ eijcit
fetum ⁊ poſt coitum corrũpit ſemen cnm fortitudine ⁊
paucum eius ꝓuocat vrinam ⁊ multum eius ſoluit ven
trem ſm contrariũ ſcamonee ⁊ eſt exiccatiuum ⁊ conſu
mit ſp̃ma. Longuꝫ uero pip̃ ⁊ album augmentũ efficit
in coitu propter hũiditatem ſuam ſupfluam. Et qñ bi
bitur cum melle ⁊ folijs lauri recentibꝰ confert dolori
ventris pũgitiuo. ¶ Febres. ¶ Fricando fit inunctio
ex ipſo cum vnguento ⁊ confert rigori ¶ Uenena. ¶
Ponitur illud qͦd eſt album in tyriacis ⁊ ſilr̃ longum
piper ⁊ confert morſui venenoſoꝝ v̓miũ linitũ cũ oleo.

De pipere aque. C. D. lix.

Piper quid eſt. Eſt herba que eſt ut olus naſcẽs
in aq̈ ⁊ approximaẽ ei ĩ guſtu ſuo ſapor piperis
ſed non eſt ei acuitas piperis. ¶ Opera. ⁊ propri. ¶
Calefacit ſufficienter ſed minus ꝙ̃ piper.

De petroſelino. C. D. lx.

Petroſelinum. Dictum eſt in capl̃o de apio.

De praſſio. C. D. lxi.

Praſſium quid eſt. Eſt herba amari ſaporis.
¶ Nã. ¶ Inquit Oribaſius. Non ſũt calefa
ctio eius ⁊ exiccatio ip̃ius fortes. Alij aũt dixe
runt ꝙ eſt calm̃ in tertio ſiccum in ſo. ¶ Opera. ⁊ ꝓ
prietates. ¶ Eſt ap̃itiuum abſtergit ⁊ liquefacit ⁊ re
ſoluit ⁊ incidit. ¶ Membra ca. ¶ Eius ſuccus ꝯfert
dolori auris ãtiquo ⁊ mũdificat ⁊ ap̃it meatus auditꝰ
⁊ remouet antiqũ dolorem eius. ¶ Membra ocl̃i ¶
Succus eius cum melle eſt conueniens ad acueñ uiſũ
¶ Mẽ. an. ⁊ pec. ¶ Mũdificat pectus ⁊ pulmonem
productõe ſputi. ¶ Mẽ. nu. ¶ Eſt ap̃itiuum oppila
tionum in ep̃e ⁊ ſplene ⁊ renibus. ¶ Mem. expl. ¶
Prouocat menſtrua ⁊ mũdificat matricẽ. ¶ Uenena
¶ Fit ex eo emplm̃ cũ ſale ad morſum canis rabioſi.

De peonia. C. D. lxij.

Peonia quid eſt. Eius alia eſt maſculus ⁊ alia ẽ
feia. Maſculus q̇dez radices hꝫ albas groſſaſ
ut digitis ſtipticum hñtes guſtum ⁊ feia hꝫ radicem in
plimas p̃tes diuiſaꝫ ⁊ ramos. ¶ Nã. ¶ Eſt calida et
ſicca vehemẽter. ¶ Opera. et proprie. ¶ In ipſa ſũt
exiccatio ⁊ ſtipticitas cum reſolutõe ⁊ ap̃tõe ⁊ ſubtilia
tione ⁊ inciſione ⁊ abſterſione ⁊ qñ maſticaẽ vna hora
apparet poſt eaꝫ ĩ ip̃a acuitas ad ſtipticitatẽ declinãs.
¶ Decoratio. ¶ Abſtergit ueſtigia nigra in cute.
¶ Inſtru. iunc. ¶ Confert podagre. ¶ Mem. capi
tis. ¶ Confert epilepſie adeo ꝙ etiam ſuſpenſa: ⁊ iam
quidẽ exp̃ta eſt eius appenſio ⁊ inuenta eſt prohibere
epilepſiam ꝙ̃diu remanet ⁊ cum eius ablatõe ꝯp̃tũ eſt
redire epileptiam. Et iudeus quidem inquit. Suffu
migatio facta cum ſemine eius confert demoniacis et
epilepticis ⁊ ſanat eos ⁊ ſilr̃ ſi ſumatur fructus eius ⁊
bibaẽ cum melle roſ confert vehementer. Ego autem
dico ꝙ forſitan hec eſt ſp̃ẽs peonie romane nam illa q̃
ex india fertur ad nos non hꝫ magnum effectum ĩ hoc
capl̃o. Et bibunẽ ex ſeĩe eius. xv. grana cũ mellicrato
aut vino ⁊ conferũt incubo ualde. ¶ Mem. nutri. ¶
Retinet nãm qñ decoquiẽ cum ſirupis ponticis ⁊ pro
hibet mãs effuſas ad ſtõm ⁊ ſemen eius confortat ſtõꝫ
⁊ ſedat dolores eius ⁊ mordicatõem eius. Et confert
radix eius ictericie ⁊ ap̃it oppilatõem que ẽ in epate.
¶ Membra expul. ¶ Et qñ bibiẽ cum vino ⁊ ꝓuo
catis mouet menſtrua ⁊ potus eius ꝓuocat vrinã etiã
Et qñ ſumũtur de ſeĩe eius. xv. grana cum mellicrato

ꝯferunt prefocatōi matricis ⁊ si bibant̄.xij.grana eius
cum vino abscindunt fluxum sanguinis. Et qñ in potu
dat̄ fetis de radice eius quātitas amigdale mundificat
eas a supfluitatib⁹ pt⁹ prouocati educēte supfluitates
⁊ confert de radice eius q̄titas auellane dolori renum
⁊ vesice. ⁊ decoctio eiuscum vino stringit ventrez ⁊ ꝑ
uocat.

De pino. C. B. lxiij.

PInus quid est. De grano aūt pini iam diximus
in caplo de ha ⁊ nos nolum⁹ nisi ut loquamur
de reliquis ptibus arboris pini. ¶ Electio. ¶ Virt⁹
corticis maioris fortior est ⁊ cortex eius que nominat̄
fusi est debilior. ¶ Opera: et prope. ¶ In cortice ei⁹
est stipticitas plima ⁊ vmis qui est in ipsa exit in vtute
cantaridis. ¶ Vul. ⁊ vl. ¶ Cortex eius confert vlce
ribus corticalib⁹. Et in ipo ē virtus consolidatiua ⁊ i
cortice ipius est de stipticitate q̄ puenit ad hoc ut sanet
abrasionem qñ super eam ponit̄ ut empl̄m ⁊ pulueriza
tio corticis confert adustōi aque calide ⁊ folia eius fa
ciunt coherere vulnera puluerizata. ⁊ cortex eius ē cō
ueniens locis percussionis ⁊ consolidat sed folia eius
sunt cōueniētiora ad illud qm̄ sūt humidiora. ¶ Mē
bra capitis. ¶ Gargarismus factus ex decoctōe radi
cis eius attrahit phlegma plurimum. Decoctio corti
cis eius cum aceto est conueniens qñ colluit̄ ex ea os
ad dolorem dentiū ⁊ qñ ponit̄ in eo acetuz ⁊ ex eo gar
garismus attrahit phl̄a pl̄m. ¶ Mem. ocl̄i. ¶ Fu
mus eius ꝯfert casui palpebraꝝ ⁊ corrosioni anguli la
chrymalis. ¶ Mem. an. ⁊ pec. ¶ Granū eius cōfert
tussi antique. ¶ Membra nu. ¶ Cortices folioꝝ ei⁹
qñ bibunt̄ cōferunt dolori epatis. ¶ Mem. expl̄. ¶
Granum eius retinet menstrua ⁊ fructus cum semine
cucumeris in vino prouocat ⁊ cōfert vlcerib⁹ i renib⁹
⁊ vesica ⁊ cortex eius retinet ventrem etiā ¶ Venena
¶ Vermis uiridis q̄ est in pino ē in nā cantaridis.

De pupilla oculi. C. B. lxiiij.

PUpilla oculi quid est. Est eruca aque ⁊ dicitur
etiam apium aque ⁊ est boni odoris ⁊ ortus e
ius est in aquis stantibus. ¶ Operati. ⁊ propeta. ¶
Est calefactiua resolutiua. ¶ Membra expl̄. ¶ Pro
uocat menstrua ⁊ vrinam ⁊ frangit lapidem in renib⁹
⁊ vesica si comedat̄ cruda aut elixata ⁊ ꝯfert vlcerib⁹
itestinoꝝ.

De pasto colūbaꝝ ⁊ cameloꝝ. C. B. lxv.

PAstus colūbaꝝ ⁊ cameloꝝ quid est. Est herba
hñs granum sicut granū myrti ⁊ est ei proximuz
verūtñ est vehementioris cinereitatis ipo ⁊ sikat̄ in me
dulla eius in colore ⁊ gustu lenti excorticate in qua est
aliquātulū dulcedis. ¶ Natura. ¶ Est cal̄a in pmo
humida in §o. ¶ Opera. ⁊ proprie. ¶ Est subtilis ⁊
non nocet camelis qui pascunt ipam. ¶ Venena. ¶
Est venenum verm bus venenosis. ¶ Decoratio. ¶
Eius decoratio denigrat capillos.

De pede locuste. C. B. lxvi.

PEs locuste quid est Currit cursu oleris iameni.
¶ Mem. anhe. ⁊ pec. ¶ Dat̄ cib⁹ ex eo ⁊ con
fert extenuatōni. ¶ Febres. Iuuamentū decoctōis
eius est sicut iuuamentum chrysolocāne ⁊ reliquoꝝ in
febrib⁹ quartana sinocho ⁊ hemitriteo.

De pede coruino. C. B. lxvij.

PEs coruinus. ¶ Membra expl̄. ¶ Radix h⁹
herbe quz decoquit̄ confert sol̄oni antique. Et
dixerunt Paulus ⁊ alij ꝙ confert colice etiaz ⁊ efficit
opatōem hermodactiloꝝ absq̄z nocumento.

De pulmone. C. B. lxviij.

PUlmo. ¶ Opera. ⁊ proprie. ¶ Eius nutrim̄
tū ē paruū d̄clinans ad phl̄aticū ⁊ in hoc ē cōsi
deratio. ¶ Vulnera ⁊ vl. ¶ Pulmo arietis sanat ex
coriatōem calcanei ex calciamento qñ sup ipaz ponit̄
calidus. ¶ Membra nutri. ¶ Eius digō est facilis.
¶ Mē. expul. ¶ In ipso est constrictio ventris.

De pomis. C. B. lxix

POma. ¶ Electio. ¶ Magis tēpata sunt alsce
mia ⁊ illa que sunt insipida sunt mala ⁊ parui iu
uamenti ⁊ non agunt aliquid ⁊ similiter immatura.
¶ Natura. ¶ Illa que sunt contracta sunt frigidiora
⁊ humidiora ꝑpter illud qđ est i eis de aqueitate ⁊ pō
tica ⁊ stiptica ⁊ acetosa sunt frigida grossa. ⁊ dulcia sūt
aquea ⁊ sunt decliuiora ad caliditatem q̄ alia quāuis
magis dñans in eis sit frigus. ⁊ sunt diuersa ⁊ sil̄r folia
eorum ⁊ arbores sunt diuersa. Et oio illud qđ in subā
dñatur est hūitas supflua f̄za ⁊ fortasse illa que sunt ve
hementis dulcedis in caliditate tñ sunt temperata aut
declinant ad eam. ¶ Opera. ⁊ proprie. ¶ In ipis ē
ꝓhibitio superfluitatum ⁊ proprie in folijs eoꝝ ⁊ i po
mis quidem est inflatio ⁊ proprie in eis q̄ nō sūt dulcia
⁊ illa que sunt pontica ⁊ stiptica sunt aquea terrea. Et
dulcia sunt aquea ⁊ insipida sunt aquea ualde ad ptez
humiditatis superflue decliuia ⁊ ꝑpter hoc feruet eoꝝ
succus velociter ⁊ mel conseruat succum eoꝝ ⁊ genera
tur quidem ex ponticis ⁊ ex eis que sunt stiptica hūor
terreus ⁊ acetosa ⁊ imatura generāt phl̄a ⁊ putredies
⁊ febres proprietate sui humoris ⁊ sue cruditatis ⁊ qr
recipiunt putrefactionez: humor uero acetosoꝝ est sub
tilior humore stipticoꝝ: ⁊ vinum quidem pomoꝝ ⁊ reli
quoꝝ antiqum melius est q̄ recens propter resol̄onem
uapoꝝ maloꝝ ab eo. ¶ Apostemata ⁊ bothor. ¶ Cō
ferunt folia eoꝝ ⁊ succus eoꝝ inceptōi apatū calidorū.
¶ Vulnera ⁊ vl. ¶ Folia ⁊ cortices eoꝝ cōsolidant
⁊ sil̄r succus eoꝝ que sunt stiptica. ¶ Instru. iūc. ¶
Assiduatio comestionis pomoꝝ facit euenire dolorem
neruorum ⁊ proprie vnalia. ¶ Mem. anhe. ⁊ pec. ¶
Confortant cor proprie odorifera de scemi et odorife
ra dulcia et acetosa. E si sit illic angustia ex caliditate
sunt magni iuuamenti et eoꝝ sauich etiam. ¶ Mēbra
nutrimenti. ¶ Cōfortant debilitatem stōi et q̄ stiptica
sunt conferunt stō si est cum caliditate aut humiditate
⁊ sil̄r pontica ⁊ acetosa conferūt debilitati stōi si est i eo
humor grossus f̄ius ualde propter suam grossitudinem
Et assant̄ quidem in pasta ⁊ conferūt paucitati appeti
tus: ⁊ sauic pomoꝝ confortat stōm ⁊ prohibet vomitū.
¶ Membra expl̄. ¶ Dulcia ⁊ acetosa qñ in stō iue
niunt humorem grossum qñq̄z deponūt ipsum i egōne
⁊ si est vacuus retinent. Et ea que in massa assata sunt
conferūt ad vmes ⁊ dysenteriam. Et que ex eis sūt cō
uenientiora dysenterie sunt pontica ⁊ eorū sauich uisi
cōuertat ipsa lenitas zuccari. ¶ Febres. Qñq̄z gene
rant̄ ab illis que sunt imatura febres plurime ꝑprietate
sui humoris. ¶ Venena. Conferūt venenis ⁊ similit̄
succus ⁊ folia ipoꝝ.

De papauere. C. B. lxx.

PApauer quid est. Papaueris sunt spēs: hortula
na ⁊ cāpestris ⁊ sil̄r est nigruz ⁊ spēs cornuti qđ
est marinū ⁊ fructus eius est curuus ⁊ spēs spūosi he
racliensis. ¶ Electio. Qđ melius ⁊ sanius est ē albū
Et oz q̇dem ut terant̄ capita papaueris cuiusq̄z spetiei
recentia ⁊ fiant ex eis trocisci ⁊ reseruent̄ ⁊ admistrēt̄
¶ Natura. Hortulanū est f̄im ⁊ siccum in §o ⁊ nigrū
in 3° ⁊ dī ꝙ vsq̄z ad quartum. ¶ Opera. ⁊ pro. Spēs

papaueris sunt infrigidatiue ⁊ non est in ipo glutiatio
de qua sit curandum. Et illud quidem qd est nigrum
est ingrossatiuuz exiccatiuũ ⁊ papauer marinũ cornutũ
cuius fruct⁹ est curuat⁹ sicut cornua tauri ẽ abstersiuũ
incisiuum ⁊ ẽ vehementis abstersionis. Et flos quidez
cãpestris mũdificat vestigia vlcerꝝ in oculis aĩalium.
¶ Apata ⁊ bothor. Liniũtur spẽs eius pter marinũ
super herisipilã. ¶ Uulnera ⁊ vl. Folia cornuti valẽt
ad vlcera sordida ⁊ corrodunt carnẽ additam propter
suam abstersionẽ ⁊ eradicant escaras ⁊ silr flos eius et
non ẽ cõueniens vlcerib⁹ manifestis propter supfluita
tem sue abstersionis. Et ex campestri quidez fit emplz
cuz oleo super vlcera ⁊ eradicat ea. ¶ Instru. iunctu.
Linit cum sale super podagram ⁊ cõfert ⁊ qñ decoqt
radix papaueris cãpestris in aqua donec cõsumat me
dietas ⁊ dat in potu confert sciatice. ¶ Mem. capi.
Facit somnũ ⁊ pprie illd qd nigrũ est ⁊ ẽ stupefactiuuz
⁊ i licinio supponit ⁊ facit dormire ⁊ prohibet catarꝝ
⁊ qum hñti vigilias fronti ex eo emplm superponit
iuuatur iñ. ⁊ silr qñ embrocat decoctio eius ⁊ qum ex
spũoso fit vomitus bibito ꝭm quãtitatẽ exuthe in melli
crato iuuant ipo epileptici. Et oleũ eius cum oleo ro.
est ꝯueniens soda qñ ex eo inungit caput: qum tamen
ab eo abstinere quãtũ plus possibile ẽ fit melius. ⁊ qñz
distillat eius decoctio in aurem fortis doloris ⁊ sedat
dolorem eius. ¶ Mem. ocli. Administrat illud qd
fim est in dolorib⁹ ocli vehementib⁹ apd necessitatez sz
in ipo est cautella obseruanda sicut diximus in opio.
¶ Mẽ. an. ⁊ pecto. Confert tussi calide ⁊ fluxibus
ad pectus ⁊ sputo sanguinis. Et sumit ex eo loch con
ferens tussi calide valde ⁊ proprie qñ miscet cũ acatia
⁊ succo barbe hircine. Filius uero mesaugue inquit
Semen nigri mũdificat pectus corticis aũt mãifestior
dispõnum est q adiuuat ad spueñ ⁊ in toto seie est mun
dificatio. ¶ Mem. nutri. Confert hũiditatib⁹ stõi. Et
qñ radix eius qd marinũ ẽ. s. cornutũ decoquit in aq
donec mediet aqua confert egritudinib⁹ epatis ⁊ illt
in cuius ventre ẽ humor grossus. Et semen spũosi facit
vomere. Et dicit sile etiaz huic in cãpestri. ¶ Mem
bra expl. Album ⁊ nigrũ qñ terunt multũ ⁊ dant in
potu cum vino nigro ⁊ pontico secant fluxum ventris
antiquz: ⁊ nã quidem eius non ẽ uacua a vtute solutia
⁊ cum hoc resolutiua resoluit in aqua ⁊ ex decoctiõe
eius vehementi qñ fit clistere confert dysenterie ⁊ quã
do bibitur semen eius cum sirupo charati lenit ventrẽ
⁊ qñ in potu dat de spũoso qtitas exuthe vni⁹ i mellic
to facit vomere ⁊ soluit semen spũosi phla ⁊ humorem
crudum ⁊ silr semen spẽi egyptij dat ad biben i natif ⁊
tri ⁊ semen eius qd domesticum ẽ cũ melle augmentat
spma.

De persicis. C. B. lxxi.

Persicca. ¶ Natura. Sunt frigida in fine secun
di hũida in pmo infra tñ finẽ eius ¶ Opatões
⁊ ppetates. Que sunt hũida uelocis sũt putrefactiõis
lenitiua ⁊ in ipis ẽ stipticitas aliquãtula sed eis stiptici
ora sunt ea que sunt incisa exiccata ⁊ in ipis ẽ phibitõ
cursus ⁊ imatura sunt stiptica etiam. ¶ Decoratio.
Abscindũt folia eius qñ ex eis fit linimentum odorem
psilotri. ¶ Mem. capi. Distillat succus foliorũ eius i
aurem ⁊ interficit vmes ⁊ confert oleum eoꝝ emigra
nee ⁊ doloribus auris calis ⁊ fris ¶ Mẽ. nutri. Ma
tura sunt bona stõ ⁊ in eis ẽ vtus faciẽdi appetitũ cibi.
Et oz qdem ut non comedant post aliũ cibum qm cor
rũpunt p⁹eum ⁊ corrũpunt ipsum sed pcedant añ cibũ
⁊ ea que sicca sunt sunt tarde digõnis ⁊ non sunt boni
nutrimenti qũuis sint plurimi nutrimen. ¶ Membra
expul. Fit ex eis ⁊ folijs ipoꝝ emplm sumini ⁊ iterficit
vmes ventris ⁊ silr si bibat succus eoꝝ ⁊ que sunt eoꝝ
superiora ⁊ folioꝝ ipsoꝝ. Et illa que matura sũt leniũt
ventrem ⁊ imatura stringũt. Et dixerunt quidã q ipa
addunt in coitu ⁊ videt q illud fit in corporibus siccis
⁊ calidis.

De pane. C. B. lxxij.

Panis qd ẽ. Oz ut sit panis mũdus salit⁹ massaz
hñs confectam fermentatus coctus bñ in tanor
ultime vna nocte pmanens. Et non comedat calidus
sicut ẽ. Panis enim calidus non ẽ apd nãz receptibil:
⁊ acceptio eius qui ẽ de furno ⁊ reliquoꝝ sibi similiũ
est mala. ⁊ panis de simila ẽ melior eo qui ẽ de farina
⁊ qto plus fuerit mũdior oz ut fermentet ⁊ dimittatur
donec consequat plimũ: ⁊ panis quidem furni non est
sicut panis altanor si suscipiet decoctõnez ab utroq la
tere. Et panis de patella ẽ crudus interius: ⁊ ablutus
qdem ẽ inflatiuus ⁊ ẽ pauci nutrimenti ⁊ natat in stõ
et ẽ cõueniens calefactis et non generat oppilationes
⁊ non calefacit. Modus uero ablutionis eius ẽ ut
sumatur medulla panis qui iacuit vna nocte ⁊ ifũdat
in aqua cala deinde effundat ab eo aqua que sup ipm
natat ⁊ remouet super ipm aqua donec ab eo remoue
atur vt⁹ fermenti ⁊ reliquoꝝ ⁊ ꝯsequat finẽ sue iflatõis
¶ Electio. Panis de simila nutribilior est q alius et
eius nutrimentum est melius sed ẽ tardioris penetra
tionis ⁊ aldarmach sequitur ipm in suis dispõnibus.
Opirus uero qui ẽ plimi furfuris uelocis ẽ penetrati
onis sed ẽ minoris nutrimenti ⁊ deterioris. Et ille q ñ
decoquit bñ est plimi nutrimenti ⁊ silr parum habens
fermenti sed eius nutrimentũ oppilat nisi illos q sunt
plimi exercitij ⁊ panis de patella ẽ h⁹ generis: eius nã
q pars interior raro decoquit bñ. E panis quidem
ablut⁹ pui ẽ nutrimti elongatus a similagineo leuis di
gestõis ⁊ ponderis. Et panis frumenti rari in iudicio
exit opiri. Et panis alcataif generat humorẽ grossum
⁊ alfatit ẽ inflatiuus tarde digõnis: ⁊ qui melior de eo
est ẽ ille qui est mistus cum oleo amigdalino: ⁊ oz qdez
ut eius exiccatio sit in vmbra. ⁊ panis factus in lacte
plimi ẽ nutrimenti ⁊ tarde descensionis ⁊ ẽ oppilatiu⁹
Et emplm quidez factũ ex pane calidius ẽ eplo facto
ex frumento. ¶ Decoratio. Panis qui ẽ de frumẽto
nouo ipinguat velociter. ¶ Apata ⁊ bothor. Panis
de frumento cum mellicrato ⁊ succis ꝯueniẽtib⁹ bon⁹
est apatib⁹ calis: lenit enim ea ⁊ inflat. ¶ Uulnera ⁊
vl. Qñ panis decoquit cum aqua ⁊ sale ⁊ infunditur
ex eo impetigo confert. ¶ Mem. nutri. Panis calus
facit sitiz sua caliditate ⁊ natat propter suã hũiditatem
uaporosam ⁊ facit uelociter ppter illud ⁊ calidus qd
est ẽ uelocis digõnis ⁊ tarde descensionis. ¶ Mem.
expl. Panis opirus est lenitiuus nature ⁊ aldarmach
stringit ⁊ fermentat⁹ lenit ⁊ azymus stringit ventrem ⁊
ille qui est in patella coctus est ex eis que stringũt ⁊ pa
nis antiqus siccus stringit si nõ admiscet ei aliud ⁊ pa
nis alcataif stringit ventrem ⁊ panis subtil stringit ven
trem plusq ille q est de simila.

Capitulum de littera. Q.

De qnq folio. C. B. lxxiij.

Quinq folia qd est. Est pentaphilon ⁊ iaz dictuz
est de ipso

Capitulum de littera. R.

De rizo. C. B. lxxiiij.

RIzum quid est. ¶ Natura. Est calidum ⁊ siccū ⁊ siccitas ipius est manifestior caliditate sua: verūtñ qdam dicunt q est calidius frumento. ¶ Opera. ⁊ propri. Nutrimentum prebet multū ad quādam siccitatem declinans. Et qum decoquit cum lacte ⁊ oleo amigdalino maius dat nutrimentuz ⁊ melius ⁊ remouet ab eo exiccatio ⁊ constrictio quā facit ⁊ proprie qum infundit nocte vna i aqua furfuris. Et ipm est ex eis que tarde inflantur ⁊ in ipso ē constrictō ¶ Mem. expl. Decoctum cum aqua stringit usqz ad terminum ⁊ decoctum cum aqua in spermate efficit augmentum ⁊ neqz stringit nisi pparet frixione in cortice suo ⁊ studeat in destruendo aquositatem eius ⁊ pprie eius qđ infusum est in aqua furfuris propter quam destruitur eiꝰ siccitas.

De rosis. C. D. lxxv.

ROsa quid est. Est vtutis ꝯposite ex subā aquea ⁊ terrea ⁊ in ipsa sūt acuitas ⁊ stipticitas ⁊ amaritudo cum stipticitate ⁊ pauca dulcedine ⁊ in aq̄itate parum caliditatis cā rei propter quā est dulcis ⁊ amara ⁊ in ipsa est subtilitas faciens ipius stipticitatem penetraare quare accidere facit corizā. Et vrꝰ qdez amara in ipa remanet dum est recens. qum autem siccat minoratur eius amaritudo ⁊ propter hoc q̄ recens ē soluit qum pondus. ʒ. x. ex ea in potu sumit. illa vero q̄ noiatur rosa fetida ē cal'a ⁊ est radix eius sicut piretrū adustiua. ¶ Natura. Dixit Gal. q rosa non ē vehemētis frigitatis ꝯpatōe sui facta ad nos ⁊ dixit oz ut sit fria in pº Ego aūt dico q eius siccitas est in pncipio secūdi precipue in desiccata. ¶ Opera. ⁊ propri. Eiꝰ exiccatio est fortior sua stipticitate qm̄ amaritudo eius ē fortior stipticitate sui saporis ⁊ est apitiua ualde ⁊ sedat motū cholere ⁊ ē semen eius fortius stipticum qđ ē in ipa et sil'r pili qui sunt in medio eius. ⁊ in toto ipius ē confortatio membroꝝ interioꝝ ⁊ eius stipticitas non ptrāsit cum resolutōe. Et sicca quidem ē magis stiptica ⁊ frigidior. E iam dicitur q in ea est vtus extrahens surculos ⁊ spinas ⁊ reliqua carni infixa. Et eius succus bonus est exungalute. s. albi absciſi vnguibꝰ ⁊ exiccatur i vmbra. ¶ Decoratio. Rectificat fetorem sudoris qñ in balneo administrat. Ex ea quoqz fiunt ablutōes ſm hūc modum. Sumit rosa cui ros non aduenit ⁊ dimittitur donec extenuet deinde sumunt ex ea. xl. auī. ⁊ ex spica boni odoris. l. auī. ⁊ ex myrrha. vi. auī. ⁊ fiunt iñ trocisci pui: qñqz uero addūt in eis costi ⁊ liliȷ amboꝝ ana. ʒ. ȷȷ. ⁊ qñqz ponūt eos mulieres i maniki ⁊ abluūt malum odorez sudoris. ¶ Apata et bothor. Dixerūt quidā q ipsa abscindit verrucas oēs qñ admistratur trita ⁊ qñ rosa coquit ⁊ terit ⁊ nō expmitur ⁊ fit ex ea empl'm apatibꝰ calidis soluit ea. Et sil'r confert herisipile ¶ Vulnera. ⁊ vl. Confert vlceribꝰ pcipue abrasionibꝰ in coxis ⁊ in ancha ⁊ generat carnem in pfūdis. Et dixerunt quidā q ipa extrahit ea que infixa sunt in carne ⁊ spinas trita. ¶ Mem. capi. Sedat soda quđ ex ea humidum est. Et decoctio aque eius ⁊ oleū eius faciunt sternutatōem qum odorantur. Et dixerūt qdā sternutatio ex ipa fit propterea qr retinet vaporem et fortasse illud etiam ē propter vtutem suā abstersiuam ⁊ per phibitōez in cerebris hñtibꝰ subtiles supfluitates Et ipamet facit sternutare illuz cuius cerebrū ē calidum ⁊ eius semen stringit gingiuas ⁊ similiter succus eiꝰ cū decocto ⁊ confert etiā dolori auriū. ¶ Membra ocli. Sedat dolorē i oculo ex caliditate ⁊ sil'r decoctio ex sicca ē cōueniēs grossitiei palpebraꝝ qū ex ea fit alcofol ⁊ sil'r eius oleum ⁊ succus ipius: ⁊ ipa quidē nō ꝯfert ophthalmie nisi qū ex ea abscindunt additamenta ipiꝰ alba. ¶ Mem. an. ⁊ pec. Qum aqua rosacea bibit cōfert sincopi: ⁊ eius succus sed eius vgulta ē bona sputo sanguīs ⁊ sil'r capita ipius. ¶ Mem. nutri. Aqua rosē est bona epati ⁊ cōfortat q̄ ex ea nutrita ē cū melle stōz ⁊ est geleniabin ⁊ iuuat ad digereñ. Et rosa quidem ⁊ eius succus cōferunt hūorositati stōi. Oleum uero rosaceum extinguit inflatōem stōi. Et sil'r epithima factū stō ex rosa ipsa ⁊ eius sirupus confert ei q̄ in stō mollificatōem hz. ¶ Mem. expl. Sedat dolorem ani linita super eum cum pēna ⁊ dolorem matricis ex caliditate ⁊ sil'r decoctio q̄ fit ex sicca ⁊ confert doloribꝰ recti intestini. Et fit clistere ex decoctōe eius vlceribꝰ itestiorū: ⁊ sil'r sirupus eiꝰ bibit ad illud. dormire uero sup locū ex ea stratum abscindit desiderium. Et que recens est fortasse soluit si sumat pōdus. ʒ. x. ex ea decies. Sicca uero non soluit. ⁊ oleum ro. soluit ventrem.

De renibꝰ. C. D. lxxvi.

REnes quid sunt. Noti sunt laudabiliores ex eis sunt renes hedi lactētis. ¶ Natura. Sūt eq̄les ad siccitatem declinantes. ¶ Opera. ⁊ proprie. Parui sunt nutrimenti et humor eoꝝ ē malus ⁊ laudabiliores eoꝝ sunt renes hedi. ¶ Mem. nutri. Sūt difficil' digōnis et horridi saporis.

De rob. C. D. lxxvii.

ROb. ¶ Mem. an. ⁊ pec. Iuuat ad spueñ et ponit in sirupo de papauere noto. ¶ Membra expl. Confert dolori renum et vesice.

De ruta. C. D. lxxviii.

RUta quid ē. Siluestris vehementioris est nigredinis q̄ albarmel ¶ Electio. Cōueniētior ruta est domestica que nascit apud arborē fici. ¶ Natura: Humida cal'a ē et sicca in ſo. Et sicca ē cal'a ⁊ sicca in tertio: sicca uero siluestris ē cal'a et sicca in quarto. ¶ Opera. ⁊ prope. Est incisiua resolutiua carminatiua ualde mūdificatiua venarum vlceratiua stiptica. ¶ Decoratio. Cum nitro ponit sup morpheaz albaz ⁊ super verrucas ⁊ moꝝ: et remouet odorem alleorū ⁊ ceparum: et confert alopitie. ¶ Apata ⁊ bothor. Siluestris qñ teritur et fit ex ea emplz mēbro super qđ ē apa cal'm confert. ⁊ qñ ponit super scrofulas gutturis et ascelle resoluit eas et gūma eius ē fortior i oibꝰ illis ¶ Vulnera ⁊ vl. Ponit cum butyro et melle super impetiginem et cum aceto et cerusa sup formicam et herisipilam sanat antiq̄. ¶ Instru. iunctu. Confert palysi et sciatice et doloribꝰ iūcturarū bibita et more empl'i supposita cum melle. ¶ Mem. capi. Aufert odorem alleoꝝ et ceparum et fit ex ea empl'm cum sauicb ad soda antiq̄. Et qñqz fit ex ea empl'm cum aceto in naso ad fluxum sanguinis nariū et retinet ipsum. Et succus eius calefactus in cortice granati distillat in aurem et mūdificat eam et sedat dolorem et tinnitum et sonitum et interficit vmes et liniunt cum ea vlcera capitis. ¶ Membra ocli. Ipsa acuit uisum et proprie succus eius cum succo feniculi et melle coll'io facto ex ea aut ꝯmesta. Et qñqz fit ex ea empl'm super pulsatōem oculi ¶ Mem. an. et pec. Decoctio eius que hūida est cuz aneto sicco confert dolori pectoris et difficultati anhelitus ſm testimoniū ruffi. ¶ Membra nutri. Fit ex ea empl'm cum ficubꝰ ad hydropisiz hyposarchā et datur in potu vinum in quo decoquit ruta etiam. Et qñ de semine eius bibit ab vna. ʒ. usqz ad. ʒ. ȷȷ. ad singl'tū

Soda

phlegmaticū sedat ipm. Et ipa quidem digerit et facit
appetitum cibi et confortat stomachum et ꝯfert spleni.
¶ Membra expl. Exiccat spma ⁊ abscindit ipsum et
deijcit desideriū coitus ⁊ concubitus ⁊ utraqꝫ spēs eiꝰ
stringit ⁊ sedat dolorem pūgitiuuȝ. Et fit ex ea clistere
cum oleo ad dolores colice ⁊ ponit cuȝ melle sup vlce
ra ani ⁊ bibit cuȝ oleo ⁊ bibit ꝓpter vmes. ⁊ ābe spēs
expellunt supfluitates corporis cum prouocatōe ⁊ silr
retinet egōem: ⁊ fit ex ea emplm cum folijs lauri super
testiculos ad apata ipoꝝ. ¶ Febres. Et silr confert ri
gori comestio ipius ⁊ inunctio ex oleo eiꝰ. ¶ Venena
Resistit venenis ⁊ bibat qui sibi tiet ne in potu sumat
venenum ⁊ pūgi a venenosis de semiue eius pōdus. ʒ. i
cum folijs suis cum vino ⁊ proprie si bibitur cuȝ nuce
⁊ bolo omnibꝰ contritis ⁊ cōmistis: ⁊ plurimū ipiꝰ su
mere de siluestri est pnitiosum.

De rubo. C. D. lxxix.

Rubus quid est. Dixerunt quidaȝ q̄ ē albausegi
⁊ est quedam spēs eius que noiat rubus canis:
⁊ hȝ fructum qui est sicut oliua habentem interiꝰ lanā.
¶ Electio. Succꝰ eꝰ coagulatus cum exiccatōe i sole
forti. ¶ Natura. Est frigidus ⁊ siccus ⁊ in fructu eiꝰ
maturo ē caliditas quedam. ¶ Opera. ⁊ propri. Est
stipticus desiccatiuus cum omnibꝰ ptibus suis ⁊ folia
eius sunt minora in hoc propter suam aqueitatem.
¶ Decoratio. Decoctio stipitum ⁊ folioꝝ eius tingit
capillos. ¶ Apostemata ⁊ bothor. Prohibet ex folijs
eius emplm ambulatōem fraudulentis ⁊ formice ⁊ est
bonum super herisipilam etiā ⁊ eius humor ē grossus.
Illud enim qd de eo exiccatum est stringit manifeste ⁊
silr flos eius. ⁊ in radice quid ruffi ē subtilitas cū stipti
citate ⁊ propter hoc frangit lapidē. ¶ Vulnera ⁊ vl.
Confert vlceribꝰ que sūt sup caput ⁊ ꝯsolidat vulnera
¶ Mē. ca. qn̄ masticāt folia eꝰ stringūt gigiuā ⁊ sanāt
alcola ⁊ silr fructꝰ eꝰ maturꝰ ⁊ siccꝰ fructꝰ eꝰ ⁊ folioꝝ ipiꝰ
sanant dolores gingiue ⁊ succus foliorū eius sanat os
calidum ⁊ folia eius sanant vlcera capitis ⁊ multitudo
fructus albausegi facit soda. ¶ Mem. ocli. Confert
exiture oculi. ¶ Mem. anhe. ⁊ pec. Conferūt partes
eius sputo sanguinis. ¶ Membra nutri. Ex folijs eiꝰ
fit emplm stō debili recipiēti mās ⁊ confortat eum.
¶ Mē. expul. Strigit ventrem: ⁊ rubus qdē canis
qum accipitur a fructu eius lana que est in eo ⁊ deco
quit stringit eius decoctio ventrem ⁊ abscindit cursuȝ
humiditatis antique ex matrice ⁊ confert hemorroidi
bus natis in ano ex quibus currit sanguis facto ex eo
emplo. Et ipe ⁊ flos eius conferunt vlceribꝰ intestioꝝ
⁊ solutōi ⁊ frangunt lapidē subtilē in eis. ¶ Venena.
Est conueniens morsui aialis qd noiat karites.

De rubea tinctoꝝ. C. D. lxxx.

Rubea tinctorum quid est. Est pontici saporis
¶ Opera. ⁊ propri. Abstergit cum equalitate
⁊ ponit super impetiginem cum aceto ⁊ sanat eam et
mūdificat cuti ab omni uestigio. ¶ Instru. iūct. Dat
in potu cum mellicrato ⁊ confert sciatice ⁊ palysi que
est cum nocumento in vtrisqꝫ lateribꝰ ⁊ in sensu ⁊ dat
in potu de ea. ʒ. i. cum duabus. ʒ. rauedscēi ad pcussio
nem ⁊ casum cum vase vno terreo de vino passularum
¶ Membra nutri. Datur in potu fructus eius cum
oxymelle ad apata splenis ⁊ mūdificat epar ⁊ splenem
⁊ apit oppilatōnes eorum ⁊ est ei proprietas in hoc.
¶ Membra expl. Prouocat vrinam adeo vehement
q̄ qnȝ facit mingere sanguinem. Et oȝ ut qui eaȝ bibit

quaqꝫ die balneet. Et qn̄ supponit ꝓuocat menstrua
⁊ extrahit fetum. ¶ Venena. Stripites eius cū folijs
suis cōferunt morsui venenosoꝝ vermium.

De rhaphano. C. D. lxxxi.

Rhaphanus quid est. Fortius quod est in ipso ē
semen ipius deinde cortex eius postea folia ipiꝰ
deinde caro eius. Et oleum quideȝ eius existit i vtute
olei de kerua nisi quia est vehementioris calitatis ipso
⁊ siluestre in omnibꝰ narratōibꝰ coicat ei sed ē fortiꝰ eo
¶ Electio. Fortius qd est in ipso est semen eius. ⁊ ille
qui est magis tempatus est ille qui ē elixatus. ¶ Nā:
Lignum eius est calm in pmo ⁊ humidū ⁊ semen eius
est calidū in tertio. ¶ Opera. ⁊ propri. Generat ven
tositates sed semen eius ipsas soluit ⁊ in ipso est subtili
atio fortis ⁊ ꝓprie in semine eius ⁊ qui est siluestris est
inflatiuus. Et ille qui est elixatus est nutribilior ꝓpt
sepatōem illius ab eo qd est medicinale. Et nutrimētū
quidem eius est phlaticum ⁊ paucum cum hoc. Et in
ipso ē subā que velox ē ad putrefien̄ ⁊ illud ꝓpter illd
qd in ipso est de nocumentis: folia aūt vernalia quādo
elixantur ⁊ cōeduntur cum oleo ⁊ almuri nutriūt plus
q̄ radix. ¶ Decoratio. Si misceat cuȝ eo farina lolij
facit nasci pilos in alopitia. Et qn̄ fit ex eo emplastruȝ
cum melle eradicat vestigia accn̄tia sub oculo que sūt
cum occultatōe ⁊ confert semen eius lentiginibꝰ factis
in membris ⁊ reliquis coloribus extraneis ⁊ vestigijs
⁊ pcussionibꝰ ⁊ panno ⁊ ipsum cum condisi linitum re
mouet morpheam nigram proprie in balaeo. Et ipse
multiplicat pediculos in corporibus. ¶ Apata ⁊ bo.
Cum farina lolij adhibitus bothor lenibꝰ abstergit eas
¶ Vulnera ⁊ vl. Qn̄ ex eo fit emplm cum melle era
dicat vlcera fraudulēta ⁊ vlcera lenia ⁊ semē eꝰ cū ace
to eradicat vlcus cancrenaꝝ integre silr operat sup
impetiginem. ¶ Instru. iunctu. Semen eius expellit
pulsationem que est in iūcturis ⁊ est bonū dolori iūctu
rarum ualde. ¶ Membra ca. Nocet capiti ⁊ dentibꝰ
⁊ palato: ⁊ succus eius ⁊ oleum ipius conferunt ven
tositatibꝰ in aure ualde. ¶ Mem. ocli. Nociuꝰ ē oclo
veruntn̄ abstergit ipsum qn̄ in eo distillat aqua eius ⁊
delet vestigia que sunt in oclo sub lachrymali. Inquit
filius mesaugue folia eius acuunt visum. ¶ Membra
anhe. ⁊ pec. Qui est elixatus est cōueniens tussi antiq̄
vetuste ⁊ chio grosso generato in pectore ⁊ ipse confert
prefocatōi accn̄ti ex fūgis mortiferis. Et si decoquat
cum oxymelle deinde fiat ex eo gargarismus confert ꝓ
focationi. Et in ipso cum hoc est nocumentū gutturis
⁊ est addens in lacte. ¶ Membra nu. Est malus stō
faciens eructuare. Et post cibum lenit ventreȝ ⁊ facit
cibum penetrare ⁊ ante cibum facit natare cibum ⁊ n̄
quiescit ⁊ propter hoc facilē efficit vomitum ⁊ proprie
cortex eius cum oxymelle ⁊ cōuenit lateri ⁊ spleni sup
positus ut emplm. Et semen eius cum aceto facit nau
seā valde ⁊ resoluit apa splenis. Filius uero mesaugue
dixit. Si comedat post cibum digerit ⁊ proprie folia
eius. Et aqua folioꝝ eius apit oppilatōes epatis ⁊ re
mouet ictericiam. Et dixerunt quidam folia eius dige
runt ⁊ corpus eius facit nauseam ⁊ semen ipius resol
uit inflatōem in ventre ⁊ facit facileȝ egressionem cibi
⁊ facit appetitum et aufert dolorem epatis ⁊ aqua eiꝰ
est bona hydropisi. ¶ Venena. Confert morsui vipe
et cum vino morsui cornute etiam. Et semen eiꝰ ꝯfert
venenis et vmibus venenosis. Et si ponat frustū eius
super scorpionem moritur et aqua eius expta est i hoc

⁊ est fortior. Et si momõderit aliquẽ scorpio qui rha
phanum cõedit non nocebit ei.
¶ De reban capitulum.d.lxxxij.
Reban. ¶ Mem.expul.ↄfert hemorroidibus.
¶ De reban salamonica capi.d.lxxxiij.
Reban salamonica quid est. Inuenit in mõtib⁹
yspaban ⁊ est similis aneto humido. Et dr̃ ꝙ fo
lia eius sunt sicut malua ⁊ poma eius sunt ꝑua ⁊ inuol
uitur super arborẽ sicut uolubilis. Et uꝛ̃ ꝙ sit ĩ ipso di
uersitas ⁊ uꝛ̃ ꝙ sermo scd̃us sit inuẽs ad hoc ꝙ ipsa ẽ
planta que noĩatur basaꝝ. Uulgus eĩ existimat ꝙ ẽ re
ban salamonica. ¶ O p.⁊ proprie. Est subtilis exicca
tiua resolutiua. ¶ Apata ⁊ bothor. confert posita cũ
aceto sꝛ̃ herisipilã ⁊ linitur sꝛ̃ apata phlatica. ¶ Uul
nera ⁊ ulcera. Linitur cũ aceto sꝛ̃ ulcera ambalatiua.
¶ Instĩa iuncturaꝝ linitur sꝛ̃ podagrã ⁊ cõfert ei ⁊ est
eius ꝓprietas. ¶ Mẽ.capi.confert torture. ¶ Mẽ.
expul.supponitur cũ oleo rosaceo ad dolorem mꝛ̃icis.
¶ Uenena.linitur sꝛ̃ mordicationẽ scorpionis.
¶ De roba capi.d.lxxxiiij.
Roba quid est. Est auellana indica ⁊ est frutus
magnus in magnitudine auellane similis papa
uero ⁊ separatur a grano sic neregil. ¶ Nã.est calida
⁊ sicca ¶ Apata ⁊ bothor.est epithima sꝛ̃ scrofulas cũ
aceto conueniens. ¶ Uulnera ⁊ ulcera.ↄfert scabiei
⁊ pruritui. ¶ Instĩa iuncturaꝝ. Disrũpit uentosita
tes ipedientes in dorso. ¶ Mem.capi.fit ex ea caput
purgiũ ad torturã ⁊ plurimũ confert ei.⁊ sil'r confert
emigranee ⁊ soda. Et est caputpurgiũ cõferens epilep
si ⁊ scotomie ⁊ manie ⁊ melancholie. Et iam quidem
exꝑtum est caputpurgitũ eius in tortura tribus dieb⁹
⁊ fecit currerẽ huĩtatem ex naribus ⁊ fecit fluere phleg
ma plurimũ ⁊ remouit egritudinẽ in tribus dieb⁹. Et
oꝫ ut patiens torturã moret' in domo tenebrosa: ⁊ con
fert uentositatibus crudis. ¶ Mem.ocu.ↄfert aque
in oculo alcofol facto ex ea ⁊ ꝓprie succus minoris e⁹
⁊ uentositati alsebel ⁊ pãno ⁊ caputpurgio facto ex ea
cũ aqua amaraci ⁊ fit ex ea alcofol cũ antimonio tõtos
hñtibus oculos. ¶ Mem.an.et pectoris.datur in po
tu de radice eius põdus.ʒ.ij.cũ uino ad pleuresim fꝛ̃aꝫ
⁊ asma ⁊ tussim antiq̃ ⁊ sputũ sanguinis ex pectore ꝑꝑ
illud qđ in ipsa est de stipticitate. ¶ Mem.expul.con
fert colice passioni ⁊ datur de eo in potu põdus.ʒ.ij.
ad anũ ⁊ dolorem mꝛ̃icis.⁊ pessariũ suppositũ đ eo qđ
ex ipsa fricatione dissolutũ est ꝓuocat menstrua ⁊ extra
hit fetũ ⁊ simil'r succus e⁹ ⁊ solutione educit choleram
nigrã ⁊ phlegma ⁊ aquositatẽ etiam ⁊ cholerã ex cor
pore toto absq; difficultate ita ꝙ sanat albaras ⁊ remo
uet eã ⁊ ictericiã ⁊ pãnum ⁊ similia ⁊ resoluit colicam
⁊ eius pũtio ẽ triũ kermet ⁊ kermet est sex kerates. Et
bibere cũ uino dulci aut oxymelle ⁊ datur cũ petroseli
no ⁊ dauco ⁊ scamonea mouet eius solutionẽ qñ ipsa
admiscetur ⁊ confortat ipsã ⁊ quãtitas eius est cũ uno
quoq; aurĩ.ipsius ponãtur tres anulusat đ scamonea
⁊ qñq; assumitur de ea pond⁹.ʒ.ij.⁊ teritur ⁊ ponitur
cũ uino dulci aut in oxymelle ⁊ dimittitur aliquanto
spatio deinde coquit' uinũ illud cũ lentibus aut ordeo
cũ carne galline ⁊ datur ad sõbeñ ius eius ⁊ miscetur
ei de scamonea. ¶ Febres.cõfert febribus quartanis
¶ Uenena.est tyriaca morsui scorpionis ⁊ rutele. Et
quidam student ad hoc ut sumãt de cortice e⁹ sꝛ̃iore si
cut lens ⁊ ꝓiciant in fissuram puncture.
¶ De reubarbaro capi.d.lxxxv.

Reubarbaꝝ. ¶ Ele ctio.qñq; adulteratur hoc
modo.decoquitur ⁊ assũitur eius aquositas ⁊
desiccatur succus eius deinde exiccatur subã eius p⁹ il
lud ⁊ uendit' sicut est. uerꝝ ipsũ est tunc spissi⁹ ⁊ uehem̃
tius stipticũ ⁊ purũ est uehementius rarum ⁊ minus
stipticum ⁊ est crocee tincture. ¶ O pa.⁊ proprie.
subã arboris eius est cõmista ex aq̃itate ⁊ aereitate ⁊ i
ipso est terreitas amara ꝑꝑ actionẽ igneitatis in ipsum
⁊ sil'r eius mollities ⁊ stipticitas sunt ex terreitate ei⁹
⁊ sequitur ipsũ in stipticitate ei⁹ terreitas imo est iuua
mentũ in ea ⁊ cõpletur eius oꝑõ cũ qualitate sue terre
itatis ⁊ quđ de ipso purum est: est minus stipticum.
¶ Decoratio.cõfert pãno ⁊ uestigijs remanentib⁹ sꝛ̃
cutes qñ linitur cũ aceto ⁊ eũatio cũ eo. ¶ Apata ⁊
bothor.fit ex eo empl'm cũ quibusdaꝫ huĩtatibus ad a
ꝑata calida. ¶ Uulnera ⁊ ulcera.cõfert ipetigini epi
thimatũ cũ aceto. ¶ Instĩa iunc.confert ualde casui ⁊
percussioni. Et inquit alcanzi potio eius sit.ʒ.ij.in uio
permisto ⁊ cõtusionibus qñ datur in potu cũ uino odo
rifero ⁊ sil'r qñ iungitur ex oleo eius ad cõtusionem la
certorũ ⁊ dolorẽ eoꝝ ⁊ extensionẽ ⁊ cõfert rupture.
¶ Mem.an.⁊ pec.confert asmati ⁊ sputo sanguis.
quo sumat ad magnitudinez auellãe cuz uino. ſ. ¶ Medicamen ↄferens generationi lapidis. ℞. ſe. citroli pullegij ſe. altee. omniũ ana. ℥. i. ſe. cucu. hortulãi. ſe. melõis dragagãti. oĩũ ana. ℥. ß. misceant oĩa ꝛ sumant sitq; dosis eius põdus. ℥. ij. cũ uino subtili permisto. Aliud. ℞. lapis inuẽti in spongia: radicis tribuli ſe. baucie oĩũ ana. ℥. ij. ſe. cucu. hortulani ſe. melonis ſe. altee amili oĩũ ana põdus. ℥. ij. ſe. fenicuili anisi polij oĩũ ana. ℥. iij. Et qñz dãtur eis in potu aque in quibus decoq̃t medicamẽ lapis sicut aq̃ in q̃bus decoquũt cãepitheos ꝛ poliũ et calamẽtũ ꝛ siseleos ꝛ radix tribuli ꝛ fructus eius et scolopẽdria ꝛ radix malue ꝛ capillus ueneris ꝛ ṽga pasto. ꝛ ra. tamarisci: ꝛ ra. eupatorij: ꝛ semẽ altee ꝛ sũiriõ ꝛ saguas ꝛ pullegiũ ꝛ alia ex diureticis. ¶ Et qñ administrat in diebus sanitatis ꝓhibet generationẽ lapidis ẽt. Et ex decoctionibus q̃bus iuuamẽtũ ↄfert lapidi renũ qũ eoꝝ administratio assiduat in horis ꝓximi ẽ ut decoq̃t folia malue cãpestris ꝛ ponãtur in decoctione eius butyꝝ ꝛ mel de q̃ sũat in potu res p̃ima frangit. n. lapidẽ ꝛ ꝓuocat urinã ꝛ lenit iter eius ꝛ extrahit eũ cũ facilitate. Et ruffus q̇ð dixit ꝙ p̃ima balneatio in thermis sulfureis frangit lapidẽ. Et hoc fortasse facit peruenire ad hoc ꝙ quedã aque calẽ que qñz ulcerãt cutẽ qñ ponuntur s in eis medicine lapidis ꝛ submergit in eis pannus dum sunt calẽ ꝛ ponitur super locum lapidis resoluit ipsum. Et ego iã expertus sum res huius generis: in regimine autem in preparatione lapidis ad hoc ut eleuet ꝛ patiat a medicinis cũ facilitate lubricitatis ꝛ exitus: oꝫ ut administrentur olera mollificantia inungendo cũ fricatione. Et siłr empł̃a et embrocationes ꝛ cerata mollificãtia: ꝛ balnea ꝛ tine cũ quantitate que non mollificent uirtutem superflue ꝛ debilitet expulsiua. ꝛ qñq; currit propter illudiad membrum additio materiei. Et tunc bibit medicamẽ ad eradicationẽ lapidis ut fiat facilis super ipsuz eradicatio ꝛ extractio. Et oꝫ ut misceãt cuz mollificantibus cõfortantia ꝫm canonem motuz ꝛ proprie qũ non ẽ cũ cõfortãtibus p̃ima ↄtrarietas ad in tentionẽ que est in resolutione. ꝛ illa sunt sicut oleum de lilio ꝛ oleũ de spica ꝛ oleum de alcãna ꝛ cortica eoꝝ ẽt: ꝛ oleum alkeiri aggregat intentiones p̃imas: deinde stringatur mediũ ꝛ alchatim ꝛ pecten ut dilatentur meatus desuper: aut fricẽtur cum manu: deinde det in potu medicamen ↄminutiuuz ꝛ si fuerit sumptuz in potu tunc ↄuẽit ut adhibeantur diuretica. Et non est malum ut bibat ẽt quod est sicut cassiafistula cũ oleo amigdalino ꝛ cũ succo uiscoso qui fit de succis diureticis in q̃bus sunt uiscositas ꝛ lubricitas cum oleo amigdalino. ꝛ ex eis que ↄferunt post mollificationẽ: aut qũ excusatio est a mollificatione propter illud quod scis de lapide suspenso moto sunt uaporatões cũ spongia ꝛ similibus sibi infusa in aqua ꝛ oleo et cum panno: aut furfure: aut empł̃a calefacta ꝛ uiscosa: aut cum oleis calidis calefactis sicut oleo rutino: aut cum oleo ꝛ castoreo. ꝛ est necessariuz ut conseruetur calefactio empł̃oꝝ. Quod si necessaria sunt fortiora illis ponãt uentose uacue super lapidez: ꝛ sit eaꝝ positio dolorosa ut attrahat ipsũ deinde deponatur ab illo loco ad illum qui est sub eo ad inferiora ꝛ suspendãtur ibi. ꝛ similiter secũdũ gradationez descendãt a loco renũ ꝫm obliquationem emunctorioꝝ ad inferiora. Nunq; descendit ad uesicam sedatur dolor. ꝛ qñz exercitiuz ꝛ motus ꝛ eq̇tatio super animal in quiete incedens sufficiũt ꝛ siłr descensus per gradum ꝛ proprie postq̃ administrate fuerint inunctiones. Nũq; descẽdit ex uesica ad meatum uirge tunc fortasse facit dolorem. Et tũc oꝛius regatur regimine illius loci cũ eis que dicemus. ¶ Regimen ãt doloris qñ ↄmouetur ꝛ proprie apud uirgam ꝓꝑ magnitudinem lapidis: aut propter dentes in ipso ꝛ fracturaz rascationis ꝛ asperitatem excoriantem qñq; polelẽ ut sit cũ bal. ꝛ tina. Qũ autẽ superfluunt ꝛ mollificant redit dolor uehemens post horam. Et embroce de camemilla: ꝛ meliloto ꝛ altea ꝛ furfure bone sunt et iuuatiue. ꝛ si fuerit ↄstrictio aliqua nature tunc de rectioribus rebus est extrahere fecem cũ suppositorio aut cum clisteri non magno quod coarctet ꝛ dolorez faciat imo suppositorium amabilius est mihi. Et in lenificatiõe nature est alleuiatõ plurima ꝛ sedatio doloris: ꝛ non ẽ semita ad administranduz catharticum. ipsum. n. ledit ꝛ nocet per illud quod descendere facit desuper. Clisterium autem qum in eo ponuntur adipes ꝛ unctuosa ꝛ uirtutes mollificantes ꝛ uirtutes diuretice facit cũ solutiõe uẽtris lenitatem ꝛ frangit dolorem et adiuuat ad extractõnẽ lapidis. Et qũ dolor est fortis sedat qñ curatur cũ eis que diximus deinde qũ curatur lapis multiplicatur. Quare rectius est ut abstineatur a medicinis fortit' mouentibus ꝛ administrentur clisteria leuia lenificantia: ꝛ inunctiones que ↄp̃mendo ꝛ fricando fiunt: ꝛ cerataria mollificantia lubrificantia. ꝛ de illis que iuuant in hac hora est administratio uomitus ꝛ illud ẽ de eis q̃ minorant materias comprimentes lapidem. sed fortasse nocet per illud quod attrahit lapidem ad superiora ꝛ si fuerit dolor de illis que non remouentur prorsus. tunc necessarium erit dare in potu illud quod stuporem facit. Et iteꝝ filonium ꝛ etiam mithridatum mãdragoratum ꝛ tyriaca que non est antiqua: immo ẽ ad nouitatem decliuis ꝛ est uirtus opij remanens. Ipsa. n. pluribus confert. modis. ↄfert nãq; ex parte tyriacitatis ꝛ ex parte prouocationis ꝛ comminuit lapidem ꝛ ex parte stupefactionis doloris ꝛ quãdoq; adiuuat in diebus uẽtositatem in renibus coarctantem etiam lapidez. Et cognoscitur per signa uentositatis renum: aut uentositatez i intestinis cõprimentem ipsuz. ꝛ cognoscitur per signa sua: quare oꝫ tunc ut intendatur ad ea que frangunt uẽtositatẽ sicut ruta ꝛ semen eius ꝛ semen apij ꝛ anisum ꝛ ameos ꝛ carui ꝛ nigella dando in potu in eis que sunt sicut aqua mellis: aut empł̃ando: aut faciendo ex eis ceratuz cum oleo aliquo ꝛ utendo eo in clisteri. ꝛ si fuerit lapis propter ap̃a calidum curetur curatione ap̃atis renum in primis. ¶ sufficient ea que scis de embrocis ꝛ empł̃is ꝛ ceratarijs infrantibus que preterierunt tibi in capł̃o pluribus asperso super eo modico aceto dõec penetrent ꝛ similiter fiat clistere cũ istis succis et cũ oleo ros. cũ eis. et si indigent phlebotomia fiat. Et si fuerit ꝓpter apostema duꝝ: tunc adhibeantur ea que sunt sicut mucilagines calide. ut mucilago ſe. lini. fenugreci et altee: et ſe. almaru permiste cum eis que infrant. Et similiter camemilla et melilotum et tribuli et anetuz. Et ita administrãtur epithimata. Et quando administrantur epithimata oꝫ ut ponãtur in eis que sunt sicut gumma pini et serapinum et ammoniacum et storax et castoreũ et sicut myrrha. Et iteꝝ olea calida cũ ↄfortantibus aliquibus. et de unguentis unguentum diaquilon et unguentum de adipibus et alia: et qum uideris inflãtionẽ prouocabis tunc. Cibi autem lapidem patientium sũt illi qui contrarij sunt cibis nocẽtibus eis: et carnes auium assate habentium colorẽ cineritium et auium in domibus habitantium dissolute cum decoctione nõ nocẽt

eis.⁊ silr que de carnibus sunt subtilis ⁊ cācri assati ca
ro ꝯfert eis.⁊ oꝫ ut in cibis eoꝝ ponantur capita cardi
⁊ aspagi ⁊ proprie campestris cū aqua cineris ⁊ oleo
cartami.

**Fen.xix.de dispositionibus uesice ⁊ urine duos cō
prehendens tractatus.**

**Tractatus.i.de dispōnibus uesice.**

**C.i.de anatomia uesice.**

Quenadmoduꝫ deus excelsus
creauit ⁊ fecit uasa aggregatia
ꝯprehendentia totum usq; ag
gregatur deinde expellit totū
simul per quod fit excusatō ab
ascellatione ꝯtinua hora post
horam sicut sciuisti. Simili
ter pparauit excelsus ⁊ crea
uit eis qd ꝺ sufluitate aquosita
tis attrahat digne excuti ⁊ expelli capacitatē ⁊ sacculū ꝯ
phēdētē totalitatē eꝰ:aut pl̃ꝫ eꝰ donec surgat ad extra
hendā ipā semel.⁊ non sit necessarium expellere ipaꝫ ꝯ
tinue.sicut accidit patientibꝰ distilationeꝫ urine ⁊ capa
citas illa ē uesica.Et creata ē neruosa ex neruis ligam̄
ti ut sit uehementioris fortitudis ⁊ sit cū fortitudine su
sceptibil extensionis plane sustētate ut impleat aquosita
te.Qūq; replet euāt qd in ea est cū uoluntate ad quaꝫ
perducit necessitas.Et in collo eꝰ ē carnositas retenta
uicina lacerto.Et ipsa qd duas hꝫ tunicas q̃ꝛ interior
in ꝓfūdo ē dupla extrinsece:qm̄ ipsa obuiat aquositati
acute.Et subtiliatꝰ ē creator sapienter in attrahendo a
quositateꝫ ad eā et in extrahendo aquositatē ab ipsa q̄
peruenire fecit ad ipsā duo emunctoria.q̄ sīt renū.Et quꝫ
ad ipsā peruenerunt sepauit uesice duos anulos quos
facit incedere int duas tunicas incipientes in primis pe
netrare in tunicā primā perforantes eā:deiñ hñtes inces
suꝫ habentem q̄ntitatē inter duas tunicas deide submer
gunt in tunica interiore disrumpentes utrāq; eaꝝ ad cō
cauitatē uesice ita ut qñ repletur aquositate ⁊ sustentat
cooperiat tunica aliaꝫ tunicā exteriorem expulsa ad ip
sā ab interiori parte ⁊ ꝓfūdo talr ut existimet.q.tunica
una ⁊ non sit in eis penetratio:⁊ propter illud nō redit
aquositas ⁊ urina qū figit uesica ad posteriora ⁊ ad du
o emunctoria :deinde creauit eis deꝰ cꝰ ṽtꝰ est sublimis
collum expellens aquositate ad uirgā anfractuosū plu
res habens anfractus ꝑꝑ quos non mundificat ab aqᵒ
sitate integre expulsa prorie in masculis In eis nanq;
tres hꝫ anfractus.Et in mulieribus hꝫ anfractuꝫ 1m ꝑꝑ
ꝓpinquitatem uesicaꝝ eaꝝ cū matricibus ipsaꝝ.Et illi
us colli eꝰ quedā pars munita est eo q̄ circundat ipsū
sicut suffocatorium ⁊ expressorium ita ut prohibeat exi
tum aquositatis ab ea nisi cū uoluntate mollificante illū
lacertum adiunctum lacertis uentris secūdū q̄ sciuisti i
loco suo:nisi illo lacerto adueniat nocumentum: aut su
fluitatis necessitas ⁊ ꝯtinuat unicuiq; lacertū eꝰ neruus
q̄ntitatē habens ⁊ uene quiete ⁊ pulsatiles ⁊ multiplica
ti sunt nerui eius ut ipsam sentiat illud cui initit ⁊ ad
quod extenditur.

**C.ij.de egritudinibus uesice et cura eꝰ.**

Accidunt iteꝝ in uesica egritudies ꝯplonis cū
mā ⁊ absq; mā ⁊ apata ⁊ oppilatio de cꝰ sūma
est lapis. Et inueniuntur in ea egritudines
q̄ntitatis in paruitate ⁊ magnitudine.Et accidūt ei egri
tudines situs in augmento ⁊ dislocatione. Et accidunt
ei egritudines solutionis singularis per apertionē ⁊ scis
sionem ⁊ incisionem ⁊ ulcera.Et qñꝫ cōicāt uesice mē
bra regalia ⁊ nobilia:sicut cerebꝝ. ipsum.n.fit doloro
sum cū ea et aduenit ei uertigo.:⁊ qñꝫ peruenit ad sirsē
cā cōitatis egritudinuꝫ uesice calidaꝝ:⁊ sicut epati iteꝝ
multotiens.n.accidit hydropisis ꝑꝑ frigus uesice.
Et egritudines quidem uesice multiplicant in hyeme
⁊ curantur iteꝝ sicut curant ille que sunt renuꝫ ⁊ cū me
dicinis fortioribus ⁊ magis remanentibus:et sunt po
tiones ⁊ iniectiones et unctiones et empl̃a quibus ēpl̃en
tur duo emunctoria ⁊ sub umbilico et in duabus
singularibus et dolores uesice multiplicantur in aeri
bus et in regionibus et uētis septentrionalibus et in
tēporibus fr̃is.

**C.iij.de his que calefaciunt uesicā.**

Diuretica cal̃a oia calefaciunt uesicaꝫ.⁊ unctō
nes ⁊ iniectiones ex ole.calidis ⁊ gummis ca
lidis sicut ole.costinū ⁊ nardinū et de bē ⁊ ua
porationes et empl̃a ex medicinis predictis in capl̃o re
num calidis de quibus fiat empl̃m ubi scis.

**C.iiij.de his que infrant uesicā.**

Infrant eā potus sicci portulace: ⁊ citro.⁊ cu
cur.⁊ potus spodij cū aq̄ frigida ⁊ ex epithia
tibus sandali ⁊ canfora ⁊ fausel cū lacte aceto
so de quo butyꝝ ē extractum ⁊ silr mucilagines ⁊ suc
ci frigidi ⁊ ole.frigida sicut ole.de se.cucur.⁊ ole. ros.
bonum ⁊ ole.de papauere ⁊ ole.de se.lactuce cū cāfora
⁊ similibus ⁊ in iectionibꝰ proprie ⁊ lac asini est iuua
tiuum ualde.

**C.v.de lapide uesice ⁊ signis eius.**

Oportꝫ ut tu cōsideres illud quod diximus
de lapide renum:deinde permuteris ad consi
derādū hoc cam.Et tu quidem iam sciuisti il
lic drīam inter lapidem uesice ⁊ lapidem renum in q̄lita
te ⁊ q̄ntitate ex capl̃o lapidis renum. Differūt.n.utriq;
lapides at ille qui est in renibus est leuior paꝝ ⁊ minor
et magis trahens ad rubedinem:⁊ ille qui est in uesica
est durior maior ualde et magis decliuis ad soliditateꝫ
et cineritatem et albedinem:lꝫ generetur in ea lapis q̄
ꝯminuitur:et ille quidem qui est in uesica discernit ſm
pl̃imū post separationem urine. Et ille cui pl̃imū adue
nit lapis uesice est extenuatꝰ et in renibus est econuerso
Et infantibus quidem et qui eos seq̄ūt aduenit lapis i
uesica .et dicam hic q̄ urina in lapide uesice est decliuis
ad albedinem et sedimem non est rubeum ad albedinē
tendēs:aut cineritateꝫ:et qñꝫ est urina crossa oleagine
fecis et sedandū pl̃m est subtilis et ꝓpe in pricipio. Et
non est dolor lapidis uesice sicut dolor lapidis renum:
qm̄ ille qui est uesice tenet in spatio:nisi qū lapis retiet
urinam:qm̄ eꝰ dolor uehemens fit.Et qñ ipse cadit in
meatu et asperitas in lapide uesice plurima est.qm̄ est i
spatio in quo posse ē ut stet super eum illud qd ipse re
tinet:et propter hoc est maior qm̄ eius locus latior est
et accidit qñꝫ ut sint in uesica una duo lapides et plu
res illis excoriantes et multiplicat ꝯfractio a rene ex eis
Et est qñꝫ cū arēositate fex furfurea propter abrasiōē
eꝰ a lapide abstergente.Et in lapide quidem uesice est
assiduatio pruritus et doloris in uirga et in radice eꝰ ⁊
in pectine cōicatione uirge ad uesicā ⁊ habens eū mul
tiplicat ꝯtractionem uirge sue proprie qum est puer et
assidua fit eis erectio.Et qñꝫ perducit illud ad exitum
ani ⁊ ad retentionem et difficultatem cū hoc q̄ illud

quod egreditur cum fortitudine propter ꝯprehensionē suam a stricto ⁊ ab impellente post ipsum. Et qn̄ꝫ mingit in fine eius urina quā uult. ¶ Et quotiens euāt ex urina quā mingit desiderat mingere statim ⁊ agens illō ē lapis expellens expulsionē urine aggregate. Et multotiens mingitur sā. propter rascationem lapidis propē qn̄ ē asper magnus ⁊ multotiens pungit. Qū ergo resupinatur lapidosus ⁊ eleuantur anche eius et ꝯcutitur rēouet lapis a meatu. Et qn̄ tunc fit ꝯpressio super pectinem eijcitur urina ⁊ hec ē significatio fortis super lapidez. Et qn̄ꝫ alleuiat illud in curuatio lapidosi super genua sua ⁊ commotio membroꝝ suoꝝ ad inuicem. Et qn̄ alleuiatur per intromissionem digiti in anum ⁊ rēotionem lapidis secundum hꝰi preparationem. Et qn̄ꝫ alleuiatur illud per figuras alias compressionis ⁊ expulsionis ⁊ resupinationis ⁊ incuruationis quas experimētuꝫ inuenit. Qum ergo non confert illud administret alchartir et extrahitur et expellitur urina ⁊ ē significatō fortis. Et similiter si difficilis fiat eius intromissio tūc melius ē ut non laboret cum conamie. ⁊ qn̄ꝫ significat alchartir per illud quod associatur ei materia ex qua generatur lapis. Et lapis quidem puus magis retinet urinam ꝙ magnus: qm̄ figitur in meatu: magnus uero remouet a meatu uelociter. Et scias ꝙ lapis uesice multiplicatur in regionibus septētrionalibus ⁊ proprie in infantibus.

¶ C. vi. de curationibus lapidis uesice.

Lapis uesice indiget medicinis fortiorib⁹ qm̄ ipsa est frigidior ⁊ quia est longinquior ⁊ qm̄ lapis eius est uehementius confirmatus ex uehementia coagulationis. ⁊ medicine eius sunt medicie fortes predicte in curatione lapidis renum: ⁊ eis quidē conferunt sagzenea ⁊ mithridatum qū lapis est paruus aut lenis ⁊ similiter athanasia. Et conferunt ei scolopēdrie pondus. ʒ. i. ⁊ mahaleb excorticate. ℥. ß. Sirupus iuuatiuus ei. ℞. milij solis triti. ʒ. xv. capilli ueneris. ʒ. vij. petroselini. ʒ. iiij. ficus albas. vij. numero decoquantur cum. iiij. ℔. aque donec remaneat. ℔. i. ⁊ bibatur post exitum de balneo cuius dos sit. ℔. ß. ¶ Et oꝫ ut tine q̄ in ea administrantur sint fortiores ⁊ ponantur in eis cū medicinis notis medicine que sunt sicut folia agni casti ⁊ capillus ueneris ⁊ folium ⁊ assuefir ⁊ rosa eius ⁊ aliquid habens stipticitatez ut non superfluat mollificatō ⁊ ponantur in coꝝ unctionibus galbanum ⁊ pix ⁊ ammoniacuꝫ ⁊ euforbium. Et melius coꝝ est emplastruꝫ de bdellio ō mecha: ⁊ melius coꝝ oleoꝝ est oleuꝫ ō scorpionibus emplatum ⁊ distillatuꝫ: aut in iectum cū quo misceatur aliquid confortatiuū. Et medicine quidem emploꝝ coꝝ sunt radix scolopēdrie ⁊ radix asech ⁊ polium ⁊ canabis ⁊ altea ⁊ capillus ueneris ⁊ pōantur i eis illa que sunt sicut folia uirge pastoris ⁊ auis predicta in capitulo lapidis renum ⁊ que diximus cū ea de ordinibus eius ualde ꝯferunt ei. Et de eis que sunt ꝓpria illis in curis ipsoꝝ est ut utantur medicinis lapidis i iniectione ⁊ iuuantur eis uehementer. Et qn̄ urine fit difficultas et retinet causa lapidis uesice ⁊ non est semita ad sciendum propter aliquid quod prohibet: aut propter timorem tunc de hominibus est aliquis qui ingeniatur ⁊ in eo quod est inter anum ⁊ testiculos scissuram efficit paruā ⁊ ponit in ea cānulam ut egrediatur q̄ cognoscit anatōiā uesice ⁊ cognoscit locum colli eius cui ꝯtiuāt uasa spmatis ⁊ cognoscit locū arterie ⁊ locū cānosū uesice ut caueat illud quod oꝫ ipsum cauere: qꝛ non accidit nocumentum in generatione: aut fluxus san. aut fistula que non consolidat ⁊ oꝫ ut uaporet intestīa. ⁊ uesicam ante illud resupinus.

¶ C. vij. de regimine qō in ipso precipit.

Est ut preparetur sedes ⁊ sedeat eger supeam ⁊ sit presens minister ⁊ intromittat man⁹ suas sub genibus eius deinde preparetur ad scidenduꝫ et oꝫ ut ante teneat lapidem ⁊ faciat ipsum ꝑuenire in locum qui scinditur ⁊ illud faciat intromittendo digitum mediū in ano uiroꝝ ⁊ uirginum ⁊ mulieruꝫ cōruptaꝝ in orificio matricis donec inueniat lapidē ⁊ comprimat manu alia desuper faciendo ut descendat lapis ex mirac ⁊ sumine donec descendat lapis ad locum propinquum ori uesice ⁊ studeat ut expellatur lapis talī ut remoueat a commissura q̄titate unius pili ⁊ caue ne scindas super ꝯmissurā qm̄ est maluꝫ. ꝯmissura. n. secundū uirtutez est locus mortalis ⁊ oꝫ ut non cadat in expulsione abbreuiatio uel defectus: qm̄ euenit tunc scissura lata que nō sanat. Qūqꝫ expellis et uides scissuraꝫ nō penetrantem tunc perfora si tua operatio h⁹ q̄titatis n̄ perducit ad dolorem uehementem ⁊ torsionem colli ⁊ casum uirtutis ⁊ destructionem motus ⁊ sermonis ⁊ confractionem palpebraꝝ ⁊ oculi: si āt perduxerit ad illud tunc non perfores ipsum: nā si ipsum perforaueris morietur illico. ¶ Amplius fac super ipsum scissuram tendentem ad transuersum parumper cū īgēio bono ꝙ non ꝯtingat neruun studendo ut cadat scissura in collo uesice: nā si ceciderit i corpore uesice non consolidabitur omnino: ⁊ stude q̄tum potes ut scissio minoret nā si lapis fuerit paru⁹ fortasse expellet cum expressiōe magnus uero indiget scissione ampla ⁊ fortasse indiget extrahente quod ipsum extrahat. Et qn̄ꝫ est lapis magnus ualde: quare non est poſe ut scindatur propt̄ magnitudinem suam. quare oꝫ tunc ut comprehendatur cū tenalijs ⁊ rumpatur paulatim ⁊ assumatur quod frangitur ⁊ non remaneat in uesica aliquid oīo. nā si remanserit magnificabitur ⁊ fiet magnum. Et multotiens accit ut perueniat lapis ad colluꝫ uesice ⁊ quod sequitur ū gā ⁊ tunc oꝫ ut sine cessatione inungat pecten ⁊ fiat cōpressio super ipsum ⁊ sit tecū adiutor ita ut quando figitur lapis in loco. scindas subtus eum et extrahatur. Et fortasse erit rectius ut ligetur post ipsum ad āteriora cū filo ita ut n̄ redeat ⁊ si penetrat ad locum propinquꝫ capiti uirge non oꝫ ut laboretur ad extrahendum eū ex ipo Illud. n. facit fortasse accidere uulnus quod non ꝯsolidabitur immo oportebit ut equetur: aut stringatur quod est post ipsum ⁊ scindatur subtus caput uirge ut egrediatur. Qū ergo feceris in lapide oīa que dicta sūt in caplo de illo et extraxeris ipsum fortasse accidet ex ꝯpressione uentris cum fortitudine ⁊ ex dolore scissionis spa et est res timorosa. Et ex eis que non permittunt euenire illud est ut iam clisterizes egrum et extrahas fecem eius deinde des ei in potu post illud aliquid leniēs nām: ⁊ non cibes eum nisi re parua et lenificante. ¶ Si aūt idigueris phlomia ut alleuiet ex mioratiōe fac: ꝙ si uolueris ut uehementius alleuietur ⁊ appent signa spatis et dolor sit uehemens ualde tunc oꝫ ut sedeat eger in tina: aut pelui aque in qua decocta sunt lenificātia: sicut molochia ⁊ semen lini ⁊ altea ⁊ furfur ⁊ cū illa aq̄ sit ꝯmistū oleū plꝫ ⁊ ꝯquassatū cū ea ⁊. sit illa aq̄ tepida. Qūqꝫ extraxeris eum de tina inunges ꝑtes ūge cū oleis lenificantibus sicut ē oleuꝫ camemillinū ⁊ anetinū

et ponas super uulnus butyrũ tepidũ ⁊ funde in ipsuꝫ.
Et pones super ipsuꝫ cottum infusum i oleo roſ. ⁊ pau
co aceto deinde admĩstra medicinas consolidatiuas si
ãt magnificaṫ apa assidue fac eum sedere in tina predi
cta in decoctione fenugreci ⁊ se. lini ⁊ si dolor fiat forti
or fac eum sedere in die secũdo ⁊ in die tertio ĩ aqua ⁊
oleo tepidis. Ille ãt quẽ scissura ⁊ uulnꝰ nõ ita doleã fa
ciunt ut inde curẽt soluitur in die tertio. Et oꝫ ut assidu
et calefactionem uesice cũ oleo de ruta qũ ei calefacit ẽ
rectioris dispositionis ⁊ minoris doloris ⁊ minoris u
rine. Et urina quidẽ ledit ualde perforatos: ⁊ propter
illud oꝫ ut sumant in potu aquam paulatĩ. ⁊ quotiẽs mi
gunt oꝫ ut sit minister conseruans manu sua locum liga
menti ⁊ comprimat eũ ut non infundat urina locum sciſ
sũ. Amplius non potest eẽ quin eũetur aut non currat
de san. q̃titas que necessaria est. ℂ Et est illic timor a
postematis ⁊ corruptiõis membri qũ alteraṫ color eius
ad corruptionem a rubedine: aut ut currat ⁊ superflu
at ⁊ timeatur fluxus san. Et primũ q̊deꝫ oꝫ ut curẽṫ ſꝫ
ꝙ uides signum predictum immo incidatur uel scalpel
leṫ illico ut currat san. ⁊ ut ponatur desuper empl̄m ex
aceto ⁊ sale in panno lini tam diu donec prohibeat cor
ruptionem. In secundo ãt quod est ut timeaṫ fluxus sã.
est rectius ut sedeat in aquis stipticis cognitis ⁊ ponaṫ
super locum tus ⁊ atrimẽtũ trita ⁊ supra ipsa cottũ ⁊ su
pra illa cottum aliud magis madefactum aceto ⁊ aqua
Et si sciueris ꝙ uẽa magᵃ: aut ãr̄ia ĩcisa sit adõ ĩcurõne
eius cum cõstrictione. ⁊ si san. inobediens est ⁊ non ces
sat ⁊ non sanatur tunc fac eum sedere in aceto forti. Et
fortasse indiges ut phl̄omes eũ ut attrahaṫ san. Et for
tasse necessarium est tibi ut ponas super pectẽ ⁊ inguia
narcotica. Ex eis que accidunt ex scissura ⁊ cursu san.
est ut currat frustũ sã. ad uesicam ⁊ coaguleṫ super ori
ficium eius quare fit difficultas urine ⁊ tunc necessariũ
est ut intromittatur digitus in foramine et auferaṫ nocu
mentum ab orificio uesice ⁊ collo eius ⁊ extrahaṫ: aut
cureṫ locus cum aceto et aqua dõec resoluaṫ claudẽs
ꝯgelatum et extrahaṫ. Et ex eis que accidunt ex illo
est abscissio generationis. Signa ãt mala q̃ qũ accidũt
expectat medicus mortem sũt ut si fortis fiat dolor sub
umbilico ⁊ infrigidenṫ extrema ⁊ acuaṫ fe. ⁊ accidant
rigor ⁊ casus uirtutis. Amplius qũ additur uehemen
tia doloris loci perforati ⁊ accidit singultus ⁊ moueṫ
uenter motu extraneo: tunc iam appropinquat mors.
Signa auteꝫ egri bona sunt salus rationis ⁊ sanitas ap
petitus et ut sit color et forma sani ualde.

ℂ C. viij. de apatibus calidis in uesica ⁊ aldubella
ti in ea.

Accidit q̃uis non pl̄m apa calidum in uesica
ex materia san. ⁊ cholerica: aut composita ⁊ ẽ
egritudo mala. Et multotiens accidit illud ⁊
proprie in infantibus causa lapidis ⁊ dolorositate eius
et quia ipse conquassant uesicam.

ℂ C. ix. de signis.

Significant ꝙ apa est in uesica calidum febris
⁊ retentio urine: aut difficultas eius: aut
distillatio ipsius. ⁊ retentio quidem est qũ iacẽt
⁊ non possunt eijcere aliquid de ea nisi stantes. Et quã
doqꝫ est retentio stercoris ⁊ inflatio pectinis ⁊ ilij cũ do
lore pungitiuo ⁊ pulsatione. ⁊ qñꝫ apparet rubedo ex
terius ⁊ significant ipsam ex tranquillitate infirmi quaꝫ
inuenit ex uaporatione. Et de accidentibus que cũ ipo
accidunt sunt sitis uehemens ⁊ uomitus cholere pure
⁊ asma ⁊ frigus extremitatũ ⁊ fortasse non calefaciunṫ
⁊ alienatio ⁊ nigredo lingue ⁊ nocere ab õni acuto ⁊ di
uretico ⁊ proprie qũ sunt hu. corporis cal̄i. ℂ Signifi
cant ergo ipsũ etas ⁊ cause preterite ⁊ presentes de il
lis quas scis. Et deterius est illud cũ quo continuatur
caliditas fe. acute ⁊ uehemens fit retentio urine ⁊ ster
coris ⁊ fortis fit dolor ⁊ in urina non est digõ: ẽ. n. mor
tale. Et hoc plus est qũ fit aldubellati. Qũ ãt apparet
in urina fex subsidens leuis tunc est maioris spei. Cum
dubellati uero apparet de horripilationibus diuersis ⁊
febribus permistis illud quod diximus ĩ aldubellati re
num. Et similiter significat maturitatem eius lenitas: ⁊
sunt de accidentibus digestionis urina ⁊ sedimen eius
Et significat eius eruptionem urina habens admistum
pus. ℂ Si autem signa maturitatis non apparuerint ſñ
rumpetur ante hebdomodã. Et plurime exiture uesice
fiunt uersus collum eius. ⁊ qñꝫ declinant ad partes ali
as: ⁊ qñꝫ aꝑiuntur ad partem uesice interiorem: ⁊ qñꝫ
aperiuntur ad partem aliam.

ℂ C. x. de curationibus apatũ uesice.

Oportꝫ in ꝑ̊mis ut ex basilica sinistra fiat phl̄o
mia secũdũ uirtutem: est. n. prima curationuꝫ
eius ⁊ melior eaꝝ. ⁊ festina si illic fuerit calidi
tas ualde uehemens ad empl̄a apocrustica spatio breui
⁊ non superfluas in eis neꝫ prolongeris. illud nãqꝫ noci
uum est ⁊ indurat apostema uelociter: imo si inceperis
a mollificatiuis qũ non fuerit aliquid quod ab illo pro
hibeat ex sensu uehementi erit melius qm̃ mẽbꝝ est ner
uosuꝫ. Et propter hoc uehemens fit tranquillitas egri
ex uaporationibus repercussiuis spatio breui factis ua
porationibus cum spongijs ⁊ lana infusis in aqua in q̃
decocta sunt lenitiua resolutiua ⁊ uesicis in quibus suf
flatum est plenis aqua calida ⁊ oleis lenitiuis subtiliati
uis ⁊ propinquis eis que iam sciuisti in capitulo cura
tionis renum. ⁊ cum hoc te subtilia ut initias si tolerat
per siringam in primis quod fit sicut mucilago psilij ĩ la
cte asine: aut aqua ordei in lacte asi. qm̃ est magis salua
Et post illud lac asine ⁊ adeps. ⁊ post illud casiã fistulã
in lacte mulieris secundũ ordinem quem scis ſm hora
apatis. Et qñꝫ ꝯfert clisterizatio facta cum eis secũduꝫ
suos ordines. Et de empl̄is bonis post principium in
ceptionis est illud quod fit ex simila ⁊ sisamo excorti
cato cũ lacte et oleo uiol̄. ⁊ oleo camemillino ⁊ simili
bus. ⁊ iteꝝ napi boni sunt. ⁊ iteꝝ sula elixata empl̄ata et
uaporata. Quod si hebdomodaꝫ pertranseat ⁊ appro
ximet status tunc adhibeãtur farina fabaꝝ ⁊ semen lini
⁊ cãemilla cum triplicato ⁊ similiter descendit ꝑ phl̄o
miam saphene ⁊ dilatate in administratione resoluentiũ
que sint ex empl̄is ⁊ unguentis predictis in capl̄o renũ
Et qñꝫ eges ẽpl̄o ex isopo ⁊ castoreo ⁊ cera ⁊ proprie
post narcotica. et scias ꝙ assiduatio sessionis eoꝝ in tina
est ualde iuuatiua ita ꝙ qñ aduenit eis urina tunc recti
us est ut mingant in ea. Et aque tineaꝝ eoꝝ meliores
sunt ille in quibus est mollificatio de illis que iam sciui
sti multotiens. et qñꝫ ponuntur in eis aldarsisahan et
ciperi ⁊ cordumeni ⁊ spica et amomũ et squinantuꝫ cũ
fenugreco et se. lini et sedant dolorem et apa. et iste aq̃
mollificatiue quas multotiens sciuisti sũt sicut decoctõ
se. lini et fenugreci. ℂ Et iteꝝ aqua in qua decoqunṫ
napi et albasce et caules. Et curatio quidem aldubella
ti eius est proxima curationi aldubellati renum immo
necessarium est ut sint medicine eius fortiores: et quidã
laudauerũt papa. al. pondus. ʒ. ij. et. ſ. quod deṫ in potu

in decoctione spice et squinanti et proprie qñ sunt diffi cultates urine et dolor. et qum uehemens fit dolor et timet mors non est excusatio a narcoticis linitis et sup positis. ¶ Epithimata uero sint sicut epithima factuz ex hyusquiamo albo et mandragora et papauere confe ctis cum ole. aut sumatur quarta. ʒ. i. opij ⁊ dissoluatur in ole. uiol. cum pauco croco ⁊ imbibatur pãnus ⁊ sup ponatur ĩ ano. fortasse. n. inueniet per illud tranquillita tem et dormiat loco eius. et qñz administratur de eo ali quid in siringa si tolerat: et epithima de opio exteri⁹ fa ctum est fortis stupefactionis. potiones uero ⁊ reliqua curatio sunt curatio sirsen. et birsen. ¶ Apa durum ĩ uesica accidit a causis similibus causis apatis duri in re nibus et plurimum eius fit successionne calidi et suc cessione percussionis: aut casus et qñz fit successione scis sure. ¶ Signa cuz ea fit difficultas urine ⁊ egestionis simul: aut accidunt ex ea accidentia duritiei renuz ex re tentione fecis et stupefactionis in cruribus et agitatiõe diuersa et debilitate et peruentione ad hydropisim q̃ uis sit s̃uentrẽ ex duritie ĩnũ. et int̃ ea q̃ discernit̃ p lo cum in quo accidit grauitas et illud cui accidit cã in primis. ¶ Curationes sunt eedem que sunt duritiei re num ex inũctione facta cũ ole. calidis et uaporatiõe cũ eis et dare in potu aquas in quibus decocta sunt semi na diuretica cum melle et casiafi. et administratio tinaꝝ secundum illum modum et secundũ gradationes illic p̃ dictas. ⁊ ex eis que propria sunt est ut administrentur illa olea ⁊ gumme in siringa. s. eiectorio urine si posse ẽ.

¶ L. xi. de ulceribus uesice.

Quandoqꝫ fiũt a causis ulceꝝ notis quas iaz narrauimus in caplo. ulceꝝ pectinis ex exco riatione lapidis: aut excoriatione hu. cholerici: ⁊ qñz fiunt propter apa: aut bothor que ulcerantur ⁊ in eo cui assidue fit urina acuta succedunt uulnera et ulcera. Et sunt difficiliora plurimum q̃ ulcera renum qm̃ sunt ulcera membri neruosi. Et ille cui⁹ uesica dis rumpitur moritur secũduz plurimum. Quod si scinda tur non incarnatur nisi cadat in parte partis carnose.

¶ L. xij. de signis.

Iam diximus in caplo ulcerũ renum differen tiam inter duo ulcera. Et diximus q̃ ulcera uesice faciunt difficultatem urine ⁊ retinent e az. ⁊ q̃ dolor eoꝝ ẽ in loco pectinis ⁊ ilij ⁊ q̃ egrediun tur cum eis cortices albi: aut crossi magni si sunt in ue sica: aut tenues parui si sunt in meatibus. Et alia que oꝫ te scire illic. Et signa que sunt in eo imno totum sicut illud quod dictum est in caplo renum. Et signum ꝯmu ne in ulceribus renum ⁊ uesice est mictus san. ⁊ saniei paulatiꝫ ⁊ non subito deinde distinguntur per ea quib⁹ differunt. ⁊ signa quidem apertionis ⁊ scissionis ⁊ corro sionis ⁊ similium una sunt in ambobus simul.

¶ L. xiij. de curatione.

Oportet ut ipsi deuitent cibaria acuta ⁊ salsa ⁊ acetosa ⁊ uehementis dulcedinis cõuertibi lia ad choleram ⁊ sumant cibos delectabiles sibi bonos: ⁊ illos qui faciunt glutinationem. Et exerci tium quidem nocet eis propterea quia acuit ⁊ inflam mat si autem nom facit illud tunc est iuuatiuum propte rea q̃ confortat membꝝ: experire ergo paulatiꝫ ⁊ ꝯside ra in canonibus dictis in caplo ulceꝝ ⁊ p̃muta plurimũ eoꝝ ad hunc locunz. ⁊ propter illud ꝯsidera in eo quod scripsimus de potu generum lactis qm̃ ipsa sunt secũdũ conditiones predictas iuuatiua ulcerum meatuũ urinẽ precipue lac equaꝝ. ¶ Et scias q̃ perseueratio ĩ cura tione eaꝝ est ut administretur in primis mundificatio cũ aqua mellis ⁊ zuccari decocta cum diureticis ebibita: aut in iecta deinde consequenter adhibeantur reliq̃ me dicine. Et si illud quod mingitur est fuscum: oꝫ ut inici atur illud quod subtiliatur a cinere arboris fici: aut cie re arboris quercus: aut cinere arboris sceba donec mundificetur ultime. ¶ Medicine uero que ad ipsam bibuntur sunt sicut alessius cuz oleo ros. ⁊ sicut lac asi. ⁊ capri. ⁊ iumentinum potest secundum assiduationez di erum cum quãtitate digestionis cuius plurimum sit q̃ti tatis triuz. ℥. ⁊ iam quidem preparatur de infrigidanti bus stipticis trociscoꝝ de papauere ⁊ troc. alkekengi pondus aur. i. cum aqua fia ⁊ de unguentis bonis qui bus comprimendo fit inunctio est ut sumatur storacis liquide pondus. ʒ. i. ⁊ pinguedinis anseris ex tribus us qꝫ ad. iiij. ⁊ cere albe pondus. ij. sextarioꝝ ⁊ cum eo fiat emplz. ⁊ unguentũ iuuatiuum ⁊ proprie quz ẽ corrosi o est illud quod. ℞. dactilos ⁊ passas ⁊ gallas ⁊ acatiaz et alumen ⁊ hypoquistidos. Et qñz ponuntur cum eis isopus ⁊ storax: ⁊ qñz administratur ante illud unguen tum in eo in quo non est corrosio cera adeps anatis ⁊ o leũ ros. ⁊ administrentur exiccatiua potando ⁊ iniciẽdo ⁊ qñz administrantur de istis eisdem clisteria et admini strant̃ ergo super genua recuruo. Et qum non ꝯferunt ea que bibuntur ⁊ proprie in eo quod est p̃pinqui⁹ me atui ⁊ cũ quo est corrosio: tunc curationes eius sunt in iectiones cum incarnatiuis dissolutis in lacte mulieris de quoꝝ summa sunt troc. de chartis. i. de pãno ⁊ troc. andrulis cum aliquanto merdasengi ⁊ ceruse ⁊ amili ⁊ calc. ablute. ¶ Descriptio ꝯpetens ei. ℞. terre sigillate chimolee cornu ceruini ualde adusti partes equales se. canabis tertiam partis istius opij sextam p̃tis ⁊ unguẽ ti de cerusa partes. iij. sarcocolle partez ⁊. s. myrrhe tu ris amboꝝ ana. ij. tertias partis aggregentur oĩa cuz ali q̃to oleo ros. ⁊ cera ⁊ administrentur in siringa. ⁊ qñz additur in ea aristol. ro. pars. i. ⁊ leuius illo est illud q̃ fit ex sarcocolla ⁊ amilo ⁊ cerusa quod cum lacte inici atur: Si autem confortetur plumbo adusto ⁊ ture tũc ẽ fortius. ¶ Troc. expertus. ℞. heufistides terraz sigil latam karabe corallum amilum se. citro. se. altee se. me lonis excorticatum se. apij daucum petroselinum troc. alkekengi. ¶ Medicamen aliud. ℞. se. cucu. se. melonis se. cucur. excor. omnium ana. ʒ. v. amili. ʒ. iiij. succi liqui ri. ʒ. viij. se. portulace. ʒ. iij. ⁊. s. ⁊ ãigdalaꝝ dulciũ excor ticataꝝ auellanaꝝ assataꝝ ambaꝝ ana. ʒ. iij. granoꝝ pini ʒ. iij. ⁊. s. se. apij. dauci. se. eruce granoꝝ mahaleb excorti catoꝝ omnium ana. ʒ. iij. dragaganti gũmi amigdale se. hyusquiami albi opij ana. ʒ. iij. ciceris nigri. ʒ. x. croci. ʒ v. conficiantur cum rob ⁊ informentur troc. ʒ. ij. ⁊ biba tur cum aqua rhaphani ⁊ aqua apij ⁊ aqua ciceris ni gri ⁊ proprie post mundificationem ulceris. ¶ Et oꝫ ut minoret̃ potus aque. ⁊ qñ dolor fit uehementior ini ciatur in eam collyrium al. quod ẽ ad oculos cum lacte mulieris. Etiteꝝ semen papaueris. ⁊ opiũ ⁊ adeps gal line clisterizent̃ aut supponant̃: aut iniciantur.

¶ La. xiiij. de scabie uesice.

Scitur scabies uesice ex ustione urine ⁊ fetore eius ⁊ dolore uehementi cum pruritu ⁊ sedi mine furfureo. ⁊ qñz currunt secundum assidu ationem hũiditates. ⁊ qñz currit sanguis.

¶ L. xv. de cura.

Oportet ut admĩstrentur absterisiua mũdificatia

que sunt de exiccatiuis absq̧ mōdicatione ⁊ sint illa pe
nitus fortiora ꝙ̄ ea que sunt in reliquis ulceribus. ¶
Et administrentur medicine scabiei renum iniecte in eā
⁊ bibite. ⁊ bibantur ēt glutinantia infrigidātia: sicut mu
cilago psilij. ⁊ se. cydonioꝝ cum olo ros. ⁊ ꝯferūt cibi dl
cis chimi uiscosi sicut sunt pedes ⁊ res pingues cuȝ olo
amigdalino ⁊ aqua ordei ⁊ frumentum coctum cū car
ne auiuȝ ⁊ grana lactis sicut lac asi. ⁊ capri. ⁊ ouinuȝ ⁊
uaccinum: ⁊ assiduatio mundificationis corporis.

¶ C. xvi. de ꝯgelatione san. in uesica.

Significant ipsā ꝙ accit āgustia ⁊ resistētia seu
tolerātia sincopis ⁊ frigus extremitatum et ꝑ
uitas anhelitus ⁊ pulsus cum frequentia ⁊ su
dor frigidus ⁊ nausea ⁊ qn̄ȝ est cum ea rigor cum ante
cessione mict⁹ san. aut percussionis: aut casus super uesi
cam.

¶ C. xvij. de cura.

Cura illius est cura lapidis. ⁊ sufficiens labō
⁊ qn̄ȝ in ipsā potare sirupum acetosum et ut
euomat cum eo calido ⁊ proprie squillitico et
proprie cum aliquantulo cineris ligni fici: aut in quo ꝺ
cocta sunt incisiua et medicine lapidis. et qn̄ȝ iniciunt
in uesicā coagulum leporis et medicine ad lapidē. et fit
ut sedeat in tina in qua decocte sunt herbe que sunt ad
lapidem: et de illis que laudātur ad ipsā ē sumere in po
tu de carpobal. pōdus. ʒ. ij. aut tātūdē ligni peonie: aut
granoꝝ peonie: et proprie cū aqua ligni ei⁹: aut tātūdē
de blacte bizantie: aut au. i. de cordumeni cū aq̄ calida
aut cum aceto uini et oleo ōphacino: et oxymel acetosū
squilliticum a me magis diligitur ꝙ̄ acetum. In aceto
eni est incisio et mel resoluit et abstergit et iteꝝ sauine et
hasce et ammoniaci et rubee tincture partes sumāt eq̄
les et fiant ex eis pilule similes auellanis de quib⁹. iiij.
pilule in potu sumāntur cū aqua de radicibus et inicia
tur in iniectorijs: aut agaricū aut siseleos: aut duos au.
asse: aut aristol. lō. Et ꝺ habētibus proprietatem sunt
epar asini et fel testudinis et coagulum leporis et pro
prium in ipsa est lignū uitis et abrotanū in hoc est iuua
tiuum et lac ficus exiccatum qum de eo inicitur aliq̄d
paruum et administratur de eo embroca ponderis. ʒ. et
de exiccato iteꝝ cū aliqua de aquis. Et fiat ēbroca ex
pondere au. coaguli leporis. ¶ Aque uero in q̄b⁹
potantur medicine iste sunt sicut aqua ciceris ni. et aq̄
albasce ⁊ aqua ciceris ligni fici ⁊ aqua cineris ligni ui
tis ⁊ ligni abrotani ⁊ decoctio abrotani cum uino.

¶ C. xviij. de dissolutione uesice ⁊ mollificatiōe e⁹.

Accit dislocatio eius ex remotione ipsius a lo
co suo. Et accidit mollificatio eius ꝑpter exi
tuȝ urie absq̧ uoluntate. Et dislocatio quidē
fit cā humiditatis ⁊ causa uentositatis ⁊ causa percussi
ōis super dorsum: aut propter casū. ⁊ multotiens fit ꝑꝑ
causas mollificationis notas ⁊ sequitur mollificationē
et dislocationem qn̄ȝ difficultas urine. Et qn̄ȝ inuolun
taria emissio urine secundū illud quod accidit lacerto ꝺ
tensione ⁊ dislocatione.

¶ C. xix. de cura eius.

Facte quidem a percussione ⁊ casu curatio est
difficilis ⁊ fit propter reditionem ⁊ ꝯstrictu
ram cum medicinis calefacientibus exiccatis
quas dicemus. ¶ Facte āt a complone paralytica con
fert euō materieꝝ phlaticaꝝ subtilis ⁊ prohibitio ab eo
quod generat eas. ⁊ regimen habentium paralysim in
eo quod comeditur ⁊ bibit ⁊ motu ⁊ alijs. Et ꝯfert ei
uomitus si sit cū hello albo. ¶ Quō si urina egrediat
absq̧ uoluntate oportet ut administres stipticitatem
uehementius facientia ⁊ non mollificent plurimum
immo aggregent inter resolutionem ⁊ constrictioneȝ
⁊ secundum comparationem curationum paralysis.
Et sumat oē quod ingrossat aquositatem ⁊ inpinguat e
am ⁊ grauat san. laudabilem ⁊ calm crossū sicut alse
ludez. Sed si urina est cum dispositione sua: aut ad dif
ficultatem decliuis: tunc audacia ad mollificantia cū ꝙ̄
titate aliqua cū resolutione bona ⁊ incissione ultima est
audacia necessaria. ⁊ de potibus conferentibus oibus
spetiebus eius que sunt ex dislocatiua ⁊ paralytica sunt
tyriaca ⁊ mithridatū ⁊ sargenea ⁊ hōrusia ⁊ diacurcūa
⁊ coq̄uȝ. ⁊ iteꝝ flos alacohen ⁊ ciperi: ⁊ tus simul ⁊ sin
gulariter almahaleb. ⁊ iteꝝ succus seminis rute humide
aut flos eius decoctus in uino ⁊ iteꝝ agnus castus ⁊ se
men eius ⁊ oppoponacū ⁊ cyminum. Et qn̄ȝ confert
⁊ proprie ei cū qua est difficultas ut bibat ex corticibus
melonis sicci pugillum i^m^ cū zuccaro. et de eis que cur
runt cursu eius ⁊ ꝑportionāt ad ꝓpetates sūt testiculi
leporis sicci qui cum uino odorifero bibantur: aut gut
tur galli aduratur ⁊ det in potu in ieiunio in aqua te
pida. ¶ Medicine āt que iniciunt sunt sicut oleum de
ruta. ⁊ oleum costinum ⁊ oleum laurinum ⁊ oleum nar
dinum ⁊ oleum sambacinum ⁊ oleum cucu. asi. ⁊ oleuȝ
de pino cuȝ quibus permista sint ea que sunt sicut casto
reum ⁊ sicut assa ⁊ galbanum ⁊ oppoponacum. Et ista
iteꝝ conueniunt si sunt in uncta super emunctoria ⁊ mi
rach ⁊ proprie olm tefisie permistum cum seminib⁹ sub
tilibus odoriferis. ¶ Empla uero sint ex medicinis ca
lidis ⁊ in quibus est stipticitas aliqua sicut ciperi cinna
momum bdellium spica ⁊ myrtus cuȝ camemilla ⁊ sce
ha ⁊ mel. Et qn̄ȝ curatur ēt cū clisteribus calefacienti
bus factis ex centaurea ⁊ colloquintida ⁊ alkerua ⁊ a
lijs ex oleis calidis predictis ⁊ natatio in aq̄ cala maris
⁊ balneatio in aquis thermaꝝ sunt iuuatie ualde ad illō

¶ C. xx. de doloribus uesice.

Sunt ex causa malitie complonis diuerse ⁊ ex
lapide ⁊ ulceribus ⁊ ex scabie ⁊ apatibus ⁊
uentositate. Et iam sciuisti oē ca^m^ ⁊ curationē
eius et multotiēs fit ex significatione crisis expectate cū
urina. Et dolores quidem uesice multiplicantur qum
sufflat septentrio quȝ in uesica est dolor ⁊ dr̄ ꝙ qn̄ appa
ret in habente ipsum sub ascella eius sinistra apa sicut cy
donium ⁊ accidit illud in die. vij. morit. xv. die ⁊ prope
si accidat ei profundus somnus.

¶ C. xxi. ꝺ debilitate uesice.

Debilitas uesice qn̄ȝ accidit ēt ex parte cōplo
nis cuius plurimum est frigus ⁊ ex parte apa
tis duri non tolerans urinam plurimā ⁊ desiō
rans euāre eā. Et qn̄ȝ debilitatur lacertus e⁹ in adiuuā
do ad euandū soluendo seipsum. ⁊ est ex aggregatione
duaꝝ reꝝ distillatio non dilatata.

¶ C. xxij. de uentositate in uesica

Quādoq̧ ē retēta ⁊ qn̄ȝ est ꝑmutabilis ⁊ cā i
hoc sunt cibi inflatiui ⁊ plurimum eius ē hūi
ditas in uesica cum debilitate caliditatis.

¶ C. xxiij. de signis.

Signum uētositatis est tensio sine grauitate ⁊
proprie qum permutat.

¶ C. xxiiij. de cura.

Magis iuuatiua curationum eius post abstinen
tiam ab inflatiuis ⁊ a malitia digestionis ē ut
bibat oleum de kerua cū aqua radicuȝ et liniat pectinē

pectinē cum oleis aromaticis resoluētibus et gūmis calidis ⁊ emplet̄ cum ruta et camemilla ⁊ āeto cū re fōti ꝺ castoꝛo ⁊ assa aut muscho. ⁊ initiantur ista olēa cū aliꝗ̄ tulo castorei in uirgā: aut initiat̄ in ipsā succus rute cū muscho aut olꝫ ꝺ bē cū muscho ⁊ galia i olō sābacio. ⁊ rcordare eiꝰ qꝺ dictū ē i caᵒ renū ꝙ renes ⁊ uesica qñ sᷓ dolorosi egri non appropinquent pilulis de seminibus ⁊ augmentet̄ in renibus ⁊ uesica dolor cū attractione neqꝫ stupefacientia immo aqua tepida per ꝗtitatēꝫ qua non attrahat neqꝫ stupefaciat aliquid.

¶ Tractatus. ij. de nocumentis que accidunt urine.

¶ Capᵐ. i. de qualitate exitus urine nālis.

VEsica expellit urinaꝫ: qm̄ ꝯstringit supꝛ eā ex oībus lateribus ⁊ comprimit eam ⁊ dilatat lacertum suum quod est super ipsiꝰ orificiū ⁊ ꝯprimit lacertū mirach.

¶ C. ij. de nocumentis urine.

ISta sunt ardoꝛ urīe ⁊ difficultas urīe ⁊ retentio eiꝰ ⁊ inuolūtaria ipsius emissio de cuius sūma sunt multitudo eius ⁊ ipsius distillatio ⁊ diabetes.

¶ C. iij. de ardore urine.

CAuse ardoris urine sunt: aut acuitas urine ⁊ eius bauracitas ꝑꝑ cāꝫ complonalē: aut cā defectus eꝰ quod preparatum ē ad tēpandā ipsā ⁊ ē hūiditas preparata in carnibus glandosisque sūt illic. Ipsa. n. currit super meatū ⁊ glutinosū eū facit ⁊ ꝑmiscet̄ urine ēt ⁊ equat eā qū ergo finitur deficit loco glutinatio urine et eūo et equatio: quaꝛ accit ardor et ex illis que adiuuant ipsū est multitudo coitꝰ. ¶ Iste. n. humiditates qñꝫ egrediuntur cum coitu ⁊ per uicinitatem spermatis exitu pꝛimo. Et iteꝝ egritudines eliꝗ̄tes corpus: aut ulcera que sunt in meatibus urine ꝓpinqua uirge ⁊ scabies que adustionem facit. Et signū quidēꝫ prioris est acuitas urine ⁊ ut non sit sanies. ⁊ signū secūdi ē san. generatio ⁊ saniei. ⁊ multotiens perducit ꝓ̇mū ad ꝭꝫ ꝭꝫ ꝙ sciuisti i eis que ꝑ̄terita sunt. Pᵐ igit̄ ē sicut ātecedēs secūdi sicut fluxus uentris cholericus ē quasi antecedēs ulceꝝ intestinoꝝ.

¶ C. iiij. de curationibꝰ.

SI est cum san. ⁊ sanie tunc eius cura ē cura ulceꝝ uesice ⁊ partiuꝫ eꝰ ⁊ illud iam dictum est. Descriptio ꝯpetens ad illud fiant troc. secūdū hunc modū sūat̄ se. melonis citro. granoꝝ cucur. oīum ana pondus. ʒ. xx. turis gummi san. dra. oīuꝫ ana. ʒ. x. opij. ʒ. iij. se. apij. ʒ. i. dēt̄ in potu cum aqua de papauere sitqꝫ dosis. ʒ. ij. postꝗ̄ de eis facti fuerunt troc. ¶ Et si non fuerint ulcera neqꝫ sanies tunc melior cura eiꝰ errit exuberatio urine ꝯsequēter extrahendo superfluitates cum solutione subtili secūdū ꝙ sciuisti in caᵒ egritudinis renum: ⁊ uomitus ⁊ cibi hūectantes infrigidantes ex cibarijs ⁊ oleribus ⁊ fructibus ⁊ deuitatio omnis salsi ⁊ acuti ⁊ uehemētis dulcedinis ⁊ dimissio laboris ⁊ coitus. ⁊ de eis que ꝯferūt est potus mucilaginū ⁊ iniectō eaꝝ: sicut ē mucilago se. almaru ⁊ mucilago psilij: ⁊ mucilago seminis cydonioꝝ. ⁊ aliquid de papauere ⁊ semina diuretica fria. ⁊ det̄ in potu totum illud cū aqua fria. ⁊ administret̄ kisch ordei et aqua eius iteꝝ ⁊ oua sorbilia ⁊ cibus factꝰ ex cucur. ⁊ cibꝰ factus ex mes aut cuꝫ eis que sunt sicut oleum amigdalinum: aut cū pullis ⁊ gallina pigui. Et si causa in eo est exiccatio accidēs glādulis: tunc cura eius est hūectatio eꝰ et dimissio eius qꝺ excitat ex coitu. Et de iniectionibus usitatis in hoc est mucilago se. almaru et mucilago psilij ⁊ mucilago se. cydonioꝝ ⁊ gummi et cerusa ⁊ albugo oui recentis ⁊ lac mulieris ⁊ initiatur in eam. Et de expertis ē. ℞. lapidis hematitis. ʒ. vi. lactis mulieris femellaꝫ lactantis. ℥. i. tere terēda ⁊ simul misce ⁊ per foramen uirge per sirigā mitte. ⁊ qñꝫ sufficit in assiduatione iniectionis lactis lac asini. ⁊ muliebre non currens ⁊ lac caprinum. ⁊ quādoqꝫ sufficit in iectio albumis oui solū: aut cū aliquo diureticoꝝ ⁊ cū oleo rosᷓ. ⁊ qñꝫ ponunt̄ in eo stupefacientia. nā si dolor est uehemens ⁊ proprie qū mingitur sanies: tunc non est excusatio quin ponat̄ in eo quod inicit̄ aliquid de stupefacientibꝰ: ⁊ ꝭm descriptiones predictas i caᵒ ulceꝝ. ¶ Descriptio bona. ℞. cortices papaueris ⁊ amilum ⁊ succum liquiricie ⁊ sumatur ex eis quod iniciatur: ⁊ si indigeat ꝯfortatione ponatur i eo aliquid opij ⁊ se. hyusquiami albi.

¶ C. v. de paucitate urine.

FIt ꝑꝑ paucitatem potus aut multitudinē raritatis: aut multitudinem fluxus uentris: aut ꝓpter debilitatem renum in attrahēdo: aut epis in discernendo ⁊ mittendo aquositatem sicut fit in cacesia ⁊ hydropisi.

¶ C. vi. de difficultate urine et eiꝰ retentione.

DIfficultas urine: aut fit propter causam in uesica ipsa ex debilitate ⁊ sequit̄ complexionem malaꝫ ⁊ proprie frigidā sicut accidit in mꝉtitudine flatꝰ septētrionis: aut apa: aut alia: qꝛ non ꝑtransit apud expulsionēꝫ eius dominium super urinaꝫ ut extrahat eam exprimendo secūdū ꝙ se hꝫ res nālis. ⁊ fortasse est causa in ea frigus: aut color deforis: aut percussio aut retentio urine plurime: aut fit propter causā in meatu qui est collum uesice ⁊ caput uirge: aut fit propt̄ cāꝫ in uirtute: aut propter causā in instrumēto qꝺ est lacertꝰ: aut propter causam mēbri mittentis: aut propter causā in urina. Et cā quidē in meatu: aut est ꝓ̇mitiua: aut per cōitatem. Primitiua āt est oppilatio in ipsomet aut per cōmunitatem. ⁊ oppilatio in ipso: aut ē cā apatis calidi aut duri in ipso: aut rei crosse sicut humiditatis: aut rei in uiscate ⁊ saniei. Et multotiens quidē fit sanies cā oppilationis: aut lapis: aut uentositas repugnans: aut uerruca aut incarnatio ulceris: aut propter ꝯstrictionēꝫ ex frigore: aut propter constrictionem ex calore uehemēti sicut accidit in fe. adurentibus in egritudinibus liquefactionis. Et qñꝫ fit cā ulceris. ⁊ qñꝫ fit cā tensionis ꝗ accit ei uehemētis oppilatōnis aut sāiei. Et mꝉtotiēs fit tēsio cā oppilatiōis sicut accidit ex difficultate urīe ⁊ retentione eius illi qui superfluit in retinendo urinam: nā figit̄ in uesica ⁊ cooperit̄ meatus. ⁊ retentio quidēꝫ fit in nocte propter somnum ⁊ in die propter occupationēꝫ. Et ille in quo fit oppilatio ꝭm cōitatē est sicut si fit in intestino ⁊ matrice ⁊ in sumine apa calīn aut duꝝ: aut sunt in eo fex sicca: aut phꝉa pꝛimū extensiuuꝫ: aut uentositas repugnans aut extendens aut apa in ano incipiēs aut cā tenasmō: aut incisio hemorroidaꝝ: aut fistulaꝝ: aut dolor hemorroide: aut ragadie dolorose: aut sicut si fit in partibus inferioribus dorsi apa: aut torsio. Et sicut si accidat testiculo eleuari ad mirach qꝛ ꝯp̄mat meatum et attrahat ipsū ad superiora ⁊ constringat ipsum ⁊ difficilem facit exitū urine ⁊ dolorēꝫ faciat ⁊ egrediat̄ paulatiꝫ. Et qñꝫ ē cā urine difficultatem faciens ⁊ retinens dolor propter ulcera in meatu sine oppilatione ⁊ sine apate: quare quotiens uult migere dolet quare nō exprimit mictor uesicaꝫ suā cum lacerto uentris fugiēs a dolore ⁊ proprie qñ ē cū hoc in lacerto debilitas aut

spasmus ⁊ que sūt his similia. Et qū studet in seipo mi
git urinam suam naturalem in quantitate ⁊ qualitate
⁊ sedať dolor. Et similiter conuinciť dolor. Et qñꝫ ha
bens hoc est cum difficultate urine patiens distillationē
eius: quare qum egreditur paulatiꝫ alle uiatur doloꝛ
⁊ tolerat. Causa autem in uirtute: aut ē in uirtute sēsibi
li: aut motiua: aut in nāli. Et facta causa uirtutis sensibil
ē ut sit ingressum sensum uesice: aut lacerti eius nocumē
tum: quare nō suscipiat ab expulsiua expulsioneꝫ fortē
aut expulsionē oīo aut sit ingressum principium hoc no
cumentuꝫ sicut qđ accit in karabito ⁊ letbargia de obli
uione ⁊ paruitate sensus. Et facta cā uirtutis motiue ē
ut nō sit lacerto ut soluat seipm ⁊ moueať a sua ꝯstricti
one ad dilatationem suā existens auarus a sua dilatatio
ne ⁊ ut sit lacertus uētris nō obediens uirtuti sue ad hᵒ
ut pmat in uesica pp debilitateꝫ uirtutis: aut propter di
spositionem in eo de tensione ⁊ siīibus. Et facta cā uir
tutis naturalis est sicut si debilitetur uirtus expulsiua ꝑ
pter malitiam complexionis diuerse calide ⁊ ē ẜm minꝰ
⁊ fīe est ẜm pl̄m ⁊ cum mā sicut est calida cum acuitate
urine ⁊ fīa cuꝫ humectantibus mollificantibus aut extē
dentibus. Et qñꝫ ē cā huius debilitatis accidēs electio
nature in retinendo qꝛ debilitať uirtus expulsiua. ¶
Facta āt propter cām in lacerto: aut ē nocumentum ꝯ
plexionale: aut apostema aut nocumentuꝫ nerui ex spas
mo: aut mollificatione ⁊ destructōe uirtutis motus pro
pter percussionem aut casum aut alia aut in ipso aut in
principio eꝰ ex ramis nerui aut nucha aut cerebro. Cā
uero membri mittentis facta ē ut sit in renibus aꝑa ca
lidū aut duꝝ aut lapis aut debilitas attractōis eoꝝ ꝺsu
per aut debilitas expulsionis ipsorum ad inferiora: aut
sit epar impotens lenificandi mām ⁊ mittendi eaꝫ ad di
spositiones hydropicas. Et hec quidem diō exponetur
tibi i si posuerimus ipsam ca. singulare: aut posuerimus
ipsam de genere paucitatis urine. facta āt cā urine ē ut
sit calor faciens dolorem. Et exptū q̇dem ē in pluribꝰ
hominibus ⁊ dictū ē q̇ hꝫ difficultatem urine ⁊ aduenit
post ipsam tenasmon moritur in. vij. nisi accidat fe. ⁊ pro
uocationem plurimam faciat. Et scias ꝙ qñqꝫ accit pꝰ
ardorem urine ⁊ remotōm eiꝰ exiccatio in glandula su
per quam lubricat urina ⁊ perducit ad difficultatem u
rine ⁊ retentionem eꝰ: qꝛ oꝫ ut admistreť humectatio ut
non accidat illud.

¶ Cap. vij. de signis.

Signa quidem eꝰ cuius cā est frigus ꝯplōnis ē al
bedo urine cū crossitudine aut tenuitate: et multi
tudo necessitatis surgendi ad mingendum ante illud: ⁊
multitudo balneatōis ⁊ sensibilitas frigoris ⁊ uacuitas
a reliq̇s signis. ¶ Signū uero eꝰ cuius cā est caliditas
ē acuitas urine ⁊ inflātio que sensu percipiunť. et si cā
ē constrictio a frigore significat iuuam̄tum ꝑueniens ex
mollificatione. et si ē a liquefactōe ⁊ fe. adurentibus si
gnificat ipsam iuuamentum humectationis ⁊ iteꝝ de si
gnis eius ē ꝙ paꝝ non egreditur ⁊ multū est facilioris
exitus: propterea ꝙ humectat madefaciendo meatum ⁊
dilatando ipsum. ¶ Signa āt eꝰ que ē cā aꝑātis in ue
sica: aut mēbris ⁊ uicinis aut exiture iam sciuisti in illis
que preterierunt. ⁊ nos determinauimus unicuiqꝫ eoꝝ
cām stans per se. ¶ Amplius de dīa inter difficultateꝫ
factam ab aꝑate ⁊ factā ab alijs ē ꝙ aꝑosa accidit pau
latim non subito nisi sit res magna ualde ⁊ sciť ꝙ illa q̄
Signa febris sanguinee sunt adherētia febris ⁊ rubedo faciei ⁊ oculoꝝ ⁊ inflatio uenaꝝ ⁊ tempoꝝ ⁊ replō ꝯpleta absqꝫ rigore ⁊ non est sudor nisi apud crisim: ⁊ multotiens associatur ei pruritus in naso ⁊ in loco colli in quo ponunt̄ ventose ⁊ ꝯstrictio in anhelitu. Et multotiēs accidit eis ꝓfunditas somni ⁊ difficultas sermonis ⁊ est maluz ⁊ similit̄ apā gutturis ⁊ duaꝝ amigdalaꝝ ⁊ vue ⁊ cursus lachrymaꝝ: ⁊ caliditas ei⁹ est plurima ꝑꝑ humiditatē vaporosam ⁊ lachrymalē nō exiccataz sicut in causonide ⁊ pulsus ei⁹ est magnus leuis plenus uelox freq̄ns ualde diuersus non plurime diuersitatis ⁊ ē minoris diuersitatis ⁊ velocitatis q̄ꝫ in causonide ⁊ non est calitas ei⁹ in termino causonidis ⁊ tertiane fortis. Et illius que ex ea est a putredine clitas ⁊ accn̄tia sunt vehementiora ⁊ cura eius est difficilior ⁊ magis similis cū causonide. ¶ At v̄o subtilitas sanguinis ⁊ grossitudo cognoscunt̄ ꝑꝑ illud qd̄ egredit̄ de eo. Et sinocha feruida ē res magis similis in principio sui febri ephimere verū caliditas eius est ꝑue mordicationis ⁊ lesionis ⁊ inuenit ex ea inflāmtionē ⁊ disniā et est plīm impressionis eius prope cor. Putrida uero est equalis ⁊ similis equali secundū plīm. ¶ Signa aūt ꝑmutationis eius sunt cuiusqꝫ eoꝝ ad qd̄ ꝑmutat̄ vt ꝑfocationis ⁊ apatū gutturis ⁊ duaꝝ amigdalaꝝ. Et tu iam sciuisti ea. Et signa uariolaꝝ scies ⁊ signa sirsen ⁊ doloris capitis ⁊ ꝑmistionis mentis ⁊ alioꝝ iam sciuisti. Signa v̄o longitudinis eius sicut iam sciuisti sunt ex postpositione signorum digestōis ⁊ tornatilitate faciei ⁊ diuersitate dispōis eius in spatio suo ex additione ⁊ statione ⁊ diminutione ita ut sit quasi ipa sit tepida. Illud eni significat ꝙ sanguis est plenus humore crudo. ¶ Spatiū v̄o crisis eius significant apparitio signoꝝ digōnis q̄ si tradat̄ usqꝫ post tertiū ⁊ quartū nō fit crisis in septimo Et multotiēs quidē fit crisis eius in quarto.

¶ De cura febris sāguinis. c. xlv.

Intentio in curatione febris sanguinis est eūatio plīmi vsqꝫ ad sincopi ⁊ ingrossatio substātie sanguis si fuerit subtilis valde aquosus ⁊ choleric⁹. Et infrīdatio ei⁹ ⁊ mūdificatio ⁊ subtiliatio ipsi⁹ si fuerit gross⁹ ⁊ sūpserit eger p⁹ eūatia sāguinis grossi ⁊ eūatia hūoris crudi ⁊ digō materiei facientis febrem ⁊ ei⁹ resolutio. Eūo aūt nō est aliqua sicut phlebotomia ex manu in quacūqꝫ hora accidat ⁊ non expectatur crisis neqꝫ digō nisi sit repletio nauseatiua tunc enim caue eam ⁊ remoue ipsam ꝙ si febris perseuerauerit tunc phlebotoma. Et non cesses phlebotomare donec eger appropiq̄t sincopi aut cadat in sincopim si corpus fuerit forte: sincopis nāqꝫ infrīdat ꝯplexionē fortem. ¶ Et scias ꝙ phlomia ⁊ sumere in potu aquā frīdam qm̄z excusant ab infrīdatōne alia. Et partitio q̇dem in ea est melior si nō fuerit qd̄ necessariā faciat festinationē nā fortasse erit in ea que ē infra appropinq̄tionem sincopis vltimatō ⁊ fortasse sequetur phlebotomiam ultimam statim fluxus uentris cholericus ⁊ sudor quem oꝫ omni hora abstergere donec ꝯtinuet̄ fortasse enim saluabitur cum eo. Et succurratur ei quod accidit de d̄bilitate ⁊ sincopi cū cibo subtili et quiete. Et oꝫ ut ꝑmittat̄ lenificatio nature cum illis q̄ sciunt̄ de illis que sunt sicut duoruz granatoꝝ aqua. s. dulcis

⁊ muzi usque ad terminũ ⁊ siracost ⁊ tamaridi ⁊ colli
rya leuia de q̇bus diximus . ¶ Et qm̃q; ẽ necessariũ
apud digestiões eũare cũ eis q̃ sunt sicut myrobal. ⁊ fu
mus terĩ ⁊ casiasi. ⁊ his siłia de ilł que sciuisti. ¶ Q̃ð
si dispõ nõ tolłat phłomiã in manu phłomet uena que
est in cornu frõtis aut ponãt uẽtose. ¶ Si aũt non ꝑ
paꝉ aliq̇d eoꝝ ⁊ hoc ꝓpter accñs qð ꝓhibet tunc fac
sołonez uẽtris ꝭm modũ qui ẽ in causonide. ¶ Et re
gimẽ sit in eis q̃ apiũt ⁊ incidũt ⁊ sedant ebullitionem
¶ Et si acciderit ex phłomia sicopis ciba eum pane
⁊ aqua acreste. ¶ Q̃ð si accidat fluxus sãguis nariũ
ꝑ se non abscindaꝉ nisi qñ appropinquerit sincopis.
¶ Sanguis uero ingrossatio fiat cũ eis que sũt sicut
rob iuiubaꝝ ⁊ est ut decoquanꝉ .c. iuiube cũ .lb. v. aq̃
donec remaneat tertia ⁊ inspisseꝉ cũ zuccaro ⁊ quãto
plus minoraꝉ zuccaꝝ tãto est melius. ¶ Et lentes ite
rum ꝓprie ꝓpate cuz aceto acetoso forti sũt huius ge
neris. ¶ Et caue ne des in potu rob iuiubaꝝ aut cor
pus lentium materia exñte grossa. ¶ Eius ṽo infrida
tio fit cum eis que sunt sicut aqua lentium infrigidata
⁊ aqua lactuce infrigidata ⁊ sumere in potu aquaz fri
gidam si nõ fuerit qð ꝓhibeat ⁊ fortasse sumiꝉ in potu
donec tremere faciat ⁊ faciet forsitã. n. sanat eũ. ¶ Et
qñz ꝑmutaꝉ febris ad phłaticã ⁊ curaꝉ cũ trociscis de
rosis ⁊ similibus. ¶ Et hec quidẽ cura est quorũdam
antiquoꝝ ⁊ secuti sunt eã q̇dam modernoꝝ. Dare aũt
in potu aquã ordei est curatio ꝯferẽs ei sed cũ lenitate
nature. ¶ Et melior horaꝝ ad hoc est hora vehemen
tis ebullitionis ⁊ angustie ⁊ inflãmatiõis ⁊ frequentie
pulsus cordis. ¶ Et scias ꝙ esse ꝯtentus infriatione
⁊ dimittere phłomiã ⁊ ventris solutionẽ addit in oppi
latione ⁊ coarctatiõe. Quare additꝉ putredo ⁊ całitas
i reliqua dispõe. Mundificatio eniz fiat cũ eis que sꝉ
sicut soluentia chołam scðm rñsionem necessitatis ṽtu
tutis ⁊ debilitatis cũ digerentibꝰ humorez crudũ qm̃
fortasse ipsa est cã in putrefactione sanguinis ⁊ in fine
eius da ei in potu que sunt sicut trocisci de canfora ⁊
trocisci ð spodio ⁊ da ei i potu. ¶ Isti ẽt trocisci sunt
boni. ℞. spodij. ʒ. iij. seminis portulace. ʒ. v. seminis cu
cumeris. ʒ. ij. seminis cucurbite. ʒ. vi. gũmi ⁊ dragagã
ti ⁊ amili oĩum. añ. ʒ. iij. succi liquiritie pondus . ʒ. vij.
fiant ex eis trocisci. ¶ Descriptio alia ⁊ ꝓprie aꝺ de
bilitatẽ epatis. ℞. rosaꝝ. ʒ. iij. succi berberis. ʒ. ij. seis
cucumeris ⁊ melõis ⁊ citruli ⁊ portulace ⁊ spodij om
niuz añ. pondus. ʒ. i. gũmi ⁊ dragagãti ⁊ amili omniuz
añ. ʒ. s. rauedsceni ⁊ croci ⁊ cãfore oĩuz añ põdꝰ quar
te. ʒ. i. fiant trocisci : ¶ Cibi ṽo sint illi qui fiunt ex iu
iubis ⁊ illi qui fiunt ex lentibus cum aceto ⁊ granatis
⁊ sumach. Et si sit aliq̇d eoꝝ ꝯstrictio cuius timeatur
frãgaꝉ cũ siracost ⁊ prũis ⁊ cũ eo qð fit ð cucurbita ⁊
cũ herba acetosa. Et eius fructꝰ sit pira de sceni ⁊ gra
nata ⁊ mala de sceni . Et eius olera sint cucumeres ⁊
cucurbite ⁊ alkebethed ⁊ endiuia ⁊ olus benedictum
⁊ acetosa ⁊ coriandruz ⁊ q̃ sꝉ eis siłia. Et si accidat do
lor capitis aut pulsus cordis aut vigilie aut ꝓfũditas
somni aut fluxus sanguinis nariũ supfluus destruens
virtutez ⁊ alia de accidẽtibus suis: cura cũ eis que do
cuimus te in loco suo .

¶ De febre phłatica. c. xlvi .

Sciuisti ꝙ febris putredinis phłatis qñz est
poxismalis. Et qñz est in sepabilis ⁊ sciuisti
causã in hoc . Et sunt ei hore sicut reliquis
febribus. Et minor horaꝝ sui principij scðm plurimũ
est. xviij. dieꝝ. Et eius erradicatio i pluribus est intra
lxviij. dies. Et saluior eaꝝ est illa que est mũdoꝝ tẽpoꝝ
⁊ ꝓcipue illa que est multi sudoris significat eniz subti
litatẽ materiei ⁊ paucitatẽ eius ⁊ raritatẽ corporis: lõ
gior ergo ptiũ huius egritudinis est augmẽtũ ꝗuis eiꝰ
declinatio iterũ sit longior declinatione tertiane ut plu
rimũ. ¶ Et phła q̇dez putridũ qñz est vitreũ ⁊ qñz est
acetosũ ⁊ qñz est dulce ⁊ qñz est salsuz ⁊ tu iam sciuisti
quõ ex salso fit causon. ¶ Et plurimũ q̇dez accidit fe
bris phłatica hũis ⁊ q̇etis ⁊ senibus ⁊ infantibꝰ ⁊ pa
tientibus nauseatiuã sacietatẽ ⁊ exercitantibus ⁊ bal
neantibus se sup repletionez ⁊ habentibꝰ eructuationẽ
acetosam ⁊ hñtibus repłoẽz ⁊ patientibus descensum
hũoris ⁊ fit catarrꝰ ad stõm q̃ putrefit i eo . ¶ Et pa
rũ q̇dez eũaꝉ a lesione in ore stõi . ¶ Et scias ꝙ cũ oĩ
febre cũ qua est frigus ꝯstringiꝉ pulsus ⁊ minoraꝉ.

¶ De signis phlegmatice ꝑiodice. c. xlvij .

EN illa quidez in qua cã est phła vitreũ aut a
cetosum frigus multiplicaꝉ valde ⁊ rigor in
vitreo est vehementior. ¶ At frigus non in
cipit in ea subito imo paulati in extremitatibus: deinð
ꝑueniũt ad hoc vt fiant sicut nix que nõ calefiũt nisi cũ
difficultate nz calefiunt subito nz scðm gradationez ꝯti
nuã immo paulati cũ reditu frigoris ⁊ fortasse ꝯmisceꝉ
frigori eius in principio rigor. Fit ergo frigus ꝑꝑ illud
qð nõ putruit ⁊ horripilatio ꝑꝑ illud qð iam putruit
⁊ maius frigus eius ⁊ ipsius rigor sunt in periodis sta
tus. ¶ Et hec quidẽ febris non est ex materia que fa
cit punctionẽ ita ut sit cã rigoris in via expulsionis. pu
tredo nãq; eius est putredo rei leuis ⁊ incipit cũ graui
tate ⁊ ꝓfunditate somni. Et multotiens incipit in ꝑo
xismis primis sine frigore et nz est rigor imo postponiꝉ
usq; ad tempus ⁊ fortasse erit frigus ⁊ non erit rigor.
¶ Et multotiens incipit cũ sincopi ⁊ non fit . Et in
hac q̇dez egritudine multiplicaꝉ sincopis ꝑꝑ debilitatẽ
oris stõi ⁊ casũ appetitus ⁊ ꝑuationẽ alistimbre q̃ est
fundamentũ materiei nutrimẽti et uirtutis. ¶ Illã ṽo
que est ex phłate salso sequiꝉ horripilatio et non fit ue
hemẽs frigus eius. ¶ Illã aũt que est ex phłate dulci
raro añcedit in principio vsq; ad plurimos ꝑoxismos
horripilatio neq; frigus nz rigor. Et plurimũ q̇dẽ ꝑio
di febris phłatis incipiunt cũ sincopi: ⁊ iaz apparet in
ea in principijs calor vehementior: et in postremis mi
noratur illud. Et est simile ut sit cã in hoc qm̃ putredo
añcedit prius ad magis dulce et magis salsuz et magis
subtile deinde ad grossius ⁊ frigidius. Et tactus całita
tis eius in primis est debils et vaporosus deinde quz
ꝓlongaꝉ positio manus sup mẽbruz sentit manus acui
tatẽ et mordicationẽ. Uerũtamen non est similis neq;
equaꝉ in omĩbus sup que cadit manus imo est diuersa
qm̃ inuenit in loco vno asꝑitatẽ et in loco alio lenitatẽ
et est q̃si całitas coleꝉ post rẽ cribellatã qm̃ phlegma vi
scosũ est: quare diuersificatur eius passio a caliditate si
cut accidit in reliq̇s uiscosis qñ ebulliũt ipsa eni disrũ
punꝉ inquibusã locis et non disrũpuntur in locis alijs
¶ Et qualiscũq; sit caliditas eiꝰ scðm plurimũ minor
est ꝙ̃ vt inflãmet ⁊ angustiã faciat et magnificet deside
riũ aeris frigidi et aque frie et inspissatiõis et rarifica
tionis anhelitus magni et exufflãtis . Et multotiẽs q̇
dez accidit caliditati eius vt sedeat tꝑe quo hz ꝗtitatẽ
hore vnius aut duaꝝ horaꝝ quare existimaꝉ ꝙ ipa iã
ꝑuenit ad statũ quz ipsa adhuc sit in augmẽto. videbis
eniz eã iam incipe augmentari et similiter sunt ei in de

clinatione statiões. ¶ Et febres q̇dez phl̃atis st̄ mul
te oppilationis ꝑꝑ multitudinem hũiditatis et vaporis
sui pauci sudoris ꝑꝑ viscositatẽ humoris. Et qum su
dare facit est res non exuberãs ⁊ de ꝓprioribus signi
ficationibus eius est paucitas sudoris ⁊ priuatio eius
Et sitis quidẽ minorat̃ in febribꝰ phl̃atis nisi ꝑꝑ cau
sam salsedinis aut cãm vehementie putredinis eius ⁊
cum hoc est minor q̃ sitis que est in alijs. Et in flatio
laterũ multiplicat̃ in eis ⁊ q̃nq̃ accidit cuti lateris vt
subtiliet̃ cũ tensione. Color aũt patientiũ phl̃atis febrẽ
est decliuis ad uiriditatẽ ⁊ citrinitatẽ currentes in al
bedinẽ ita ut sit illud qđ aggregatũ est sicut color plũ
bi vsq̃ in statu. Et raro q̇dez rubet color in eo cuius
rubedo fit rubedo in statibus reliquaꝝ febriũ. ¶ Pul
sus v̇o eꝰ est pulsus puꝰ submersus debilis rarus in pri
mis deinde fit frequens in fine. Et frequẽtia q̇dez eiꝰ
⁊ eius paruitas vehemẽtior est q̃ freq̃ntia quartane ⁊
tertiane ⁊ eius paruitas ⁊ vehementia frequentie eius
est ꝑꝑ vehementiã ꝑuitatis ipsius uerꝫ non est velocior
pulsu quartane ⁊ q̃nq̃ est tardior eo aut similis ei in pri
mis ⁊ est vehementis diuersitatis cũ priuatione ordi
nis. Et parui ⁊ debiles ex eis sunt in diuersitate eius
plus. ¶ Et significationes q̇dẽ pulsus suꝑ eaz sunt de
certioribus significationibus. Urina aũt eius in pri
mis q̇dez est alba subtil̃ ꝑꝑ multitudinez oppilationuz
⁊ frigoris deinde fit rubea ꝑꝑ putredinez ⁊ ꝯturbatur
ꝑꝑ mal̃iaz digestiõis ⁊ q̃nq̃ alterat̃ in ea dispõ vno tp̃e
⁊ q̃nq̃ mũdificabit̃ ex materia grossa ⁊ ĩsoluit̃ putridũ
⁊ redibunt oppilationes dealbabit̃ vna hora ⁊ alia q̃n
remanet intra materiã grossam ⁊ dispõem putredinis
Et aqua hora oppilationũ est alba: deide q̃n putrefit
res plurima post illud expellit̃ ⁊ aperit oppilatiões ru
bet usq̃ quo veniat suꝑ oppilationes qđ oppilet eas vi
ce alia de illo eodẽ hũore. Eius v̇o egõ est lenis sub
tilis phlegmatica. Et de eis que significant q̃ febris ẽ
phlegmatica est vt si ꝑoxismus eiꝰ. xviij. horis ⁊ dimis
sio eius. vi. horis. Et non est dimissio eius dimissio mũ
da q̃m materia cũ grossitudine ⁊ viscositae est multa.
Significant ip̃az etas ⁊ ꝯsuetudo ⁊ tẽpus ⁊ regio ⁊ ci
bi ⁊ aduentus causaꝝ añcedentiũ ex sacietate nausea
tiua ⁊ significant ip̃az forma ꝑdicta ex colore faciei ⁊
inflatione eius et lenitas tactꝰ et debilitas oris stõi et
casus appetitꝰ. et q̃nq̃ magnificat̃ in ea splen et sequit̃
eam eructuatio acetosa in pluribꝰ horis multotiẽs:

¶ De signis phlegmatice inseparabilis et est illa que nominatur latica. c. xlviij.

Sunt sicut reliq̃a signa febris phlegmatice
ꝑter erradicationẽ ⁊ q̃ similat̃ erradicatiõi
Et apud iceptionẽ fiunt rigor et frigꝰ et hor
ripilatio. Et est res magis similis cũ ethica. et fit illic
rigor ĩ. vi. horis aut tm̃ suꝑãs illũ q̇ fit in ꝑiodica nã ꝑi
odica iteꝝ nõ eũat̃ a residuo veꝝtñ ẽ occultũ ñ apꝑẽs

¶ De febribus q̃ sunt scđm plurimũ de genere phlegmaticaꝝ et st̄ q̃nq̃ ex cholera et non sunt ex eis q̃ fiũt ex m̃ia apꝓpriate cũ noibuꝰ et iudicijs. c. xlix.

Et sunt febres empialos et liparia q̃ ambe st̄
de summa febriũ in quibus diuersificant̃ lo
ca caloris et frigoris intꝰ et exterius ꝑꝑ diu̇
sitatez et locũ eius qđ putrefit et qđ non putrefit. Et
st̄ tres diuisiões febris apꝓpriate sincopalis hũorosa et
febris ex sĩcopi miuta subtilis et febris diut̃na et noct̃na

¶ De febre in qua occultat̃ frigꝰ et apparet in ea calor et est empialos. c. l.

Hec febris fit ex phlegmate vitreo sed est ꝯpre
hensuz in occulto et ꝓfundo qđ infr̃iatur vbi
est. Uerꝫ ipsi accidit iam putredo quare spar
gitur ex eo vapor eius qđ qũ putruit et dispꝫit̃ inflãt̃
in exterioribus: et illud qđ nõ est putrefactuz infr̃iatur
in interioribus. Et eius quidez frigus non apparet in
huiusmodi tp̃e q̃m est quietuz et associatur ei et nõ pa
titur ab eo qđ occurrit ei postq̃ ergo incipit in eo pu
tredo mouet̃ infrigidatur infrigidatione quadã q̃uis
non perueniat ad hoc vt cõicet toti corpori.

¶ De signis. c. li.

Signa eius sunt eadez que predicta st̄. Et q̃
eius vrina est frigida cruda minoris calidita
tis q̃ vrina aliaꝝ sui generis et pulsus eius est rarus
tardus: et ipsa scđm pl̃m additur omni die. Uerũ ꝑꝑ
grossitudinẽ materie sue ꝯuertit̃ q̃nq̃ in quartanam et
tertianaz q̃m huiusmodi materia in corpore est ꝑua et
ꝑue putrefactionis ignea. Et paucitas q̇dez est ex cau
sis elongationis ꝑiodi. ¶ Et propterea q̃ ꝑoxismus
non reddit omni die nõ remanet hec febris qũ sit phle
gmatica sꝫ ꝑꝑea ẽ phl̃atica q2 putredo eiꝰ est putredo
phlegmatis et hec nõ extrahit eaz ab hoc quin sit phle
gmatica sꝫ propterea q̃ putredo ẽ putredo phl̃atis nõ
ꝑꝑea q̃ ꝑoxismus non redeat omni die. Spatiũ vero
ꝑoxismi eius est ex. iiij. horis usq̃ ad. xxiiij. horas ⁊ ꝛꝫ
pl̃m ꝯsumit̃ añ illđ q̃m hec mã ñ ẽ cũ illa multitudine:

¶ De febre in qua occultat̃ calor ⁊ apparet in ea frigus ⁊ est liparia. c. lij.

Hec febris scđm plurimũ est phlegmatica ⁊
q̃nq̃ ẽ chol̃ica ex cholera grossa ualde. Q̃uo
aũt est phlegmatica est q̃m phl̃a intrinsecuz
q̃n inflãtur ⁊ putrefit calefacit illũ locũ q̃m non resol
uitur nisi q̃n putredo calefacit exteriora corporis cum
sꝑsione vaporis sui calefactione plurima. Et q̃n v̇tus
effundat̃ ad locum ubi est lesio tunc euacuant̃ exterio
ra a calore quaĩ infr̃iantur ꝓprie q̃n in exterioribꝯ st̄
phlegmata cruda vitrea fr̃ia. ¶ Et iteꝝ q̃n resoluitur
multotiẽs ex eo vapor q̇ non putruit sed eleuat̃ ⁊ facit
caliditatez ⁊ associat̃ ei caliditas spatio ꝑuo deinde se
ꝑat̃ ab eo seꝑatiõe uaporis aque calefacte. Q̃uz ergo
seꝑatur ab eo ⁊ fuit in radice ante putredinez vehemẽ
tis fr̃itatis redit ⁊ infr̃iat corpus. ¶ Modus aũt quo
fit chol̃ica ẽ q̃m cholera q̃n est pauca ⁊ intrinseca ⁊ pu
trefacit ⁊ calefit locũ ⁊ ñ resoluit̃ ex ea aliquid accidit
qđ diximus in sua cõpare ex phl̃ate. Et appropriatur
hec cholerica taburos noĩe. Uerꝫ liparia est nomen ge
neris ⁊ est longioris spatij q̃ hemitriteus. ¶ Et hꝫ
aliquis vt dicat q̃uo erit febris et non procedet in ea
caliditas ex corde in totũ corpus. Illud nanq̃ qđ nar
ratur est de genere eius in quo nõ ꝑcedit caliditas ex
corde in totum corpus. ¶ R̃nsio itaq̃ est q̃ intermis
haꝝ reꝝ attendit̃ vna ꝯditio ut nõ sit qđ ꝓhibeat sicut
diffinimꝰ aquã fr̃az ⁊ hũidaz q̃n disposita est scđm na
turã suã ⁊ nõ fuerit qđ ꝓhibeat. Et diffinimus graue
q̃ est illud qđ tẽdit inferius q̃n dimissuz fuerit cuz sua
natura ⁊ ĩ istis oĩbus caliditas ꝑuenit ad cor ⁊ ꝓcedit
in arterias ⁊ sꝑgit̃. ¶ At v̇o accidit ꝓhibitio ilius in
quibusdã locis sic̃ accidit ei suꝑ quẽ ponunt̃ prune uel
pruine. Nocumẽtũ v̇o haꝝ nec̃riuz est esse actu.

¶ De febre in qua vnaqueq̃ duaꝝ reꝝ in unoquoq̃ duoꝝ locoꝝ. c. liij.

Si hec febris fuerit nõ erint nisi vbi sunt due
materie fr̃ie mote ꝑꝑ putrefactionem quarũ

una est in iteriorib⁹. ⁊ altera in exterioribus et non est aliqua earũ plimi nocumenti. Deinde qum incipiunt putrefieri mãdat vnaqꝫ eaꝝ vaporez calm cõprebendẽ tez cũ ꝑtibus suis ⁊ vbi est frigidũ. Et tu qdẽ iã sciuisti cãm in regimine hũoris frigidi in dispõne motus.

## ❡ De febre sincopali hũorosa. c. liiij.

H Ec scdm plim est ꝑꝑ phla crudum repłonale qꝺ facit febrẽ dispꝑtitã plm quia iã uincit ꝟtutem. Et scdm plm adiuuat super eã debilitas oris stõi: ⁊ qñ mouet ⁊ incipit in putrefactiõe virtutẽ vincit plus ⁊ facit eam hesitantẽ: que si dimissa fuerit cũ materia nõ sufficiet ꝯtra materiã. Et qñ occupatio fit in eũone eius cum facilitate fit inobediens: aut mouet motu ꝓfocãte virtutẽ. Et qñ occupatur in eũone eius cũ solõe ventris aut phłomia cum labore ñ tollat virtus. Quõ enim tollabit qum sit illic cuꝫ sua quiete sincopis. Et cũ hoc toto ipsi indigent eũone vehemẽt. Et iteꝝ ipsi indigent cibo vehementer qm̃ in hũoribus eoꝝ non est qꝺ nutriat corpus ⁊ uiuificet ipsũ ⁊ corp⁹ eius est priuatum nutrimento. ❡ Qꝺ si studueris in cibando addit materia diminuta ⁊ si nõ cibat cadit ꝟtus. ❡ Et accidit in inceptione sui vt effũdat ad cor res fĩa faciens accidere sincopiz ⁊ minoratur puls⁹ ⁊ tardat ⁊ fit rarus. ❡ Amplius natura sollicita est i calefactone materiei ⁊ subtiliatione eius ⁊ putredo que mouet in q̃sdã ꝑtes ei⁹ adiuuat sup eam: ergo euadit cor a nocumẽto ⁊ frigore eius ⁊ cadit in nocumentum caloris eius: quare fit pulsus velox ⁊ ꝓprie in ꝯstrictione sua plusq̃ sit uelocitas alioꝝ q̃uis illꝺ qꝺ vicit cũ hoc sit ꝑuitas ⁊ traditas ⁊ raritas. ❡ Et ꝑiodus ei⁹ est ꝑiodus phłatice ⁊ non alteratur ab ea: ⁊ est cuꝫ ea inflatio fatiei: ⁊ mollities corporis. Et colores habẽtiũ eam non figunt super dispõeꝫ vnã imo qñꝫ est cinerea ⁊ plũbea eius materia ⁊ qñꝫ fit citrina ⁊ qñꝫ fit niga: ⁊ qñꝫ fiunt labia eoꝝ sicut labia cõedẽtis mora. ❡ Oculi uero eoꝝ sunt fusci uirides exeuntes ualde apud cõmotionẽ egritudinis ⁊ fit sicut maniacus ⁊ qꝺ est sub hypocondrijs eoꝝ est vehemẽtis inflationis ⁊ similiter uiscera eoꝝ. Et qñꝫ euomũt acetosum. ⁊ qñ est eis apa in q̇dusdaꝫ visceribus tunc non ꝑatur oĩo. ❡ Et qñꝫ accidit eis in quibusdam horis ex cholera dominãte grossa ⁊ fit cum ea in visceribus adustio ⁊ euomũt cholam ⁊ sunt ei ꝑiodi phłatice secundũ plurimuꝫ.

## ❡ De febre sincopali minuta subtili. c. lv.

H Ec febris est acuta ⁊ cadit pulsus ⁊ uirtus in ꝑoxismo uno aut duobꝫ ꝑoxismis cũ additione ⁊ eueiens in corpore cũ velocitate. Et qñ qꝫ non fufficit cũ ea uirtus vsqꝫ ad. iiij. ⁊ fit ex chimis subtilibus plm: quoꝝ cholicuꝫ est uehemẽtis subtilitatis ⁊ ꝓfundationis: male substantie venenose: cui iam accidit putrefactio in corꝑibus calide ꝯplonis sicce valde ⁊ plures ꝑoxismi huius febris sunt ꝑoxismi tertiane.

## ❡ De febre diurna ⁊ nocturna ex phłaticis. c. lvi.

D Iurna est cuius ꝑoxismus accidit in die ⁊ e⁹ tepor i nocte ⁊ nocturna est ecõuerso ⁊ vtreqꝫ sunt male: sed diurna est longior ⁊ deterior ⁊ facit cadere multotiens ꝑꝑ longitudinẽ suam ⁊ suum euentũ in calore diei in ethicaꝫ. Et si ipa nõ esset seua non accideret hora apertionis poroꝝ ⁊ resołonis vaporis: ⁊ non accidit nisi ꝑꝑ multitudinẽ materiei ⁊ fortitudinẽ eius. ❡ Et est necessariũ cuꝫ hoc vt patientes eam cibentur in nocte ⁊ nõ ꝑmitant dormire super repłonem stõi. ⁊ ꝑcipiantur vigilie: ⁊ est ex eis que faciũt cadere virtutẽ. Et tollantia febris in calore diei: ⁊ vigilie in frigore noctis sunt ex eis magis digne q̃ faciũt cadere i ethicã: ⁊ ad summũ ẽ de genere febriũ difficiliũ.

## ❡ De cura phlegmatice. c. lvij.

C Ura huius egritudinis diuersificat secũduꝫ horas suas. s. principiũ ⁊ augumentũ ⁊ statũ ⁊ ꝺclinationẽ. ❡ Et scdm appitionem digõnis in ea ⁊ eius occultationeꝫ: ⁊ diuersificatur scꝺꝫ materias suas. s. phłaticam acetosam ⁊ phłaticã vitream ⁊ phłaticã salsam ⁊ dulcẽ. ❡ Et omnes eius spes cõicant in hora principij in tribus rebus in necessitate lenificationis equał aut vomit⁹. Et in necessitate administratõis subtiliantiũ ⁊ incidẽtiũ ⁊ diureticoꝝ. ❡ Et qũ supuenerint febri dies tres subtiliat in ea materia ꝑꝑ febreꝫ: ⁊ si ante illud mouebis nocebis ⁊ non facies aliquid. ❡ Et in augmento cũ subtiliatione regis ꝺm equalitateꝫ. Et fortasse est cõtentus aqua ordei in primis tribus diebus ꝑando q̃ sit status eius ꝓpinquior ꝑꝑ subtiliationẽ materiei aut paucitatẽ eius. Qꝺ si certe sciretur q̃ status eius esset tardus non subtiliaretur regimẽ q̃uis fames ⁊ somnus sup famẽ ⁊ exercitiũ super famẽ si non debilitant sint ultima in iuuamento huius egritudinis imo declinaret in pricipio ad igrossationẽ vsqꝫ ad septimuꝫ deinde gradaret: veꝝ augmẽtum eget vt subtilietur regimẽ in primis. ❡ Si auteꝫ status apparet longuinqus possibile est vt succurratur illi cũ ingrossatione regis: deinde gradet usqꝫ ad horã status qm̃ tempus est sufferens hoc in hac egritudine nõ sufferens in acuta. ❡ Qũqꝫ ꝑtransierit septimus non stes tunc super subtiliationẽ qm̃ illa debilitat ⁊ addit in debilitate oris stõi. ❡ Et quotiẽs senseris longitudineꝫ maioreꝫ subtilia minus q̃uis subtiliatio eius in ipa omnio magis sit nc̃ria q̃ in quartana. Et similiter oꝫ ne festines cibare ipsum cũ eis q̃ sũt sicut pulli ⁊ panis cum muzaguarac nisi timeat debilitas aut appareat declinatio. ❡ Amplius diuersificat cura eius cui⁹ causa est phła salsum ⁊ dulce: ⁊ cuius phła est vitreuꝫ ⁊ acetosuꝫ ⁊ fit ex ea nimiũ frigus in qua corpus non calefit. veꝝtñ in duab⁹ primis necessaria est lenificatio cũ medicina leui ⁊ infꝛatio quedã. Et in duabus ꝺis cũ medicina magis laboriosa ⁊ in duabus primis indiget incisione cũ subtiliatis in quibus non est calefactõ plima q̃uis fit exiccatio plurima. ❡ Et in duabus ꝺis nc̃rium est illud qꝺ subtiliet cuꝫ incisione ⁊ calefactõe cũ acredine ⁊ ꝓprie qñ phła est ꝑmistuꝫ cuꝫ mła: nã necessaria sunt in huiusmõi ea q̃ sunt sicut diacyminuꝫ ⁊ ꝯfectio de sulfure ⁊ administratio salsoꝝ. ❡ Et ꝯueniẽtiores medicine q̃ administrant in principio sꝫ geleniabin vsqꝫ ad dieꝫ septimuꝫ. ⁊ non est malũ ut administretur iteꝝ aqua feniculi ⁊ aqua endiuie ⁊ aqua apij cuꝫ geleniabin ꝺm necessitatem. ❡ Et sirupus acetosus ẽ uehemẽtis necessitatis iteꝝ ⁊ aqua mell cũ isopo. ⁊ est possibile ut ꝯsequat ꝑ eam illud qꝺ queritur de lenificatione nature ⁊ ꝓprie cum solutiuo facto de zuccaro roſ. ⁊ rosis rubeis noiatis ꝑsicis qm̃ est solutiuũ ⁊ lenituũ. ❡ Et qñꝫ necessariuꝫ est ut confortetur eius lenificatio ⁊ confricet i aqua lubleb ⁊ permisceat si uoluerit cũ casiafi. ⁊ penidijs. ❡ Et iteꝝ geleniabin acceptũ cũ melle ⁊ tereniabin ꝑmistuꝫ cũ aqua lubleb: ⁊ ñ fiat assiduatio sup ea cum solutiuis in principio ⁊ post ipsum et ꝓprie qñ cũ materia est cholera: illud enim perducit ad corruptionẽ cõpłonis. ❡ Et multi quidẽ hoies dant in potu in principio sicut est medicina de

turbit in oī nocte ⁊ ficut pilke de mastice in hebdomo
da bis ⁊ sicut pilke de seminibus diureticis. ¶ De
scriptio medicine de turbit. ℞. zinziberis ⁊ masticis
amboꝝ. an̄. ʒ. x. turbit sicut alcohol. ʒ. x. zuccari tabar
zet q̄tuz omnia. det̄ in potu ei omni nocte au̅. i. ⁊ illd̄
fiat qn̄ natura est non lenis. Si eniz rn̄det omi die bis
non indigz hoc. ¶ Ego v̄o non diligo expectationem
digestionis ⁊ lenificationis cū eis que diximus prius
īmo oz ut euētur ex ea aliquid ⁊ expectet̄ in reliqua vs
qꝫ quo digerat̄ ⁊ fiat illud cū facilitate paulatiz absqꝫ
supfluitate deinde pueniat ad diuretica. ¶ Et similit̄
abhorreo qd̄ est simile aque prunoꝝ ⁊ tamarindorum
⁊ silium: de illis que debilitāt ⁊ soluunt subtile: ⁊ si ma
teria fuerit decliuis ad additionē frigoris misceat̄ cuz
ea medulla cartami. ¶ Et si fuerit materia ad choli
cam decliuis misceat̄ cū eo sirupus viol. aut viole con
dite cū siracost aut uiole sicce contrite. ¶ Et adiuues
cū clisteribus leuibꝰ factis ex melle ⁊ sale ⁊ aqua sicle
⁊ oleo sisamino. ¶ Et uomitus fiat cuz aqua rhapha
ni: ⁊ rhaphano infuso in sirupo acetoso cū seminibꝰ ⁊
his silibus. ¶ Et si necessarius est vomitus plurimꝰ
pp multitudinē eiꝰ qd̄ accidit ei de nausea ⁊ alteratōe
saporis oris: administrent̄ grana rhaphani ⁊ bibatur
ex eis usqꝫ ad au̅. i. cū aqua f̄ria. ¶ Et vomitus qui
dez cū eo qd̄ est in eo de debilitate stōi est vehementis
iuuamenti ualde ⁊ est ultimus huic egritudini. ¶ Oz
ergo ut expectet̄ in eo septimus vt nō accidat ex eo in
principio debilitas ap̄ans corpꝰ stōi. Et si sitt grauis
in eo uomitus nō prouoces ipsum super ipsuz cū labo
re. ¶ Et si acciderit ei vomitus ⁊ ꝓprie in principio
ꝑiodi non retineatur nisi fatiget ⁊ debilitet: tunc enim
restringat̄ sicut cū miua ⁊ sirupo de mēta que dicemꝰ
post. ¶ Et si accidat dolor capitis administrent̄ em
broce ex camēilla cū imissione. iiij. extremorum ī aqua
cal̄a ⁊ ligatione crurium cū fortitudine. ⁊ si indigetur
aqua ordei administrent̄ decocta cū radicibus q̄titate
equali: aut misceatur cum ea sirupus acetosus de mel
le si non acetat in stō aut aqua mellis si acetat. ¶ Et
melior hora in qua dat̄ in potu illud est si fuerit in aq̄
eius in principio rei tinctura tunc eniz oz ut in potu d̄
tur in primis de geleniabin deinde det̄ in potu post ip
suz duabus horis aqua ordei. ¶ Et non oz vt fiat in
unctio cū vnguentis resolutis: ⁊ nz embrocatio fiat cū
embrocis subtiliatis: qū egritudo est in principio ⁊ hu
mor est in corpe ambulans ipsa enim mollificant visce
ra sua calefactione hūida: ⁊ alienet̄ aqua frigida. Et
quotiēs uideris urinā grossiorez ⁊ rubicūdiorez n̄ erit
maluz si phl̄omaueris: ⁊ necessariū quidē est vt redeas
tunc ad sirupos acetosos. ¶ Et scias ꝙ fricatio est de
curationibus iuuantibus eos ⁊ q̄to fuerit phl̄a viscosi
us ⁊ grossius tanto erit fricatio magis ꝯferens. ¶ Et
dicit̄ ꝙ fricatio cū tela aranee cū oleo est iuuatiua ual
de. ¶ Et qn̄ incipit egritudo augmentari ⁊ post illud
tūc sit sollicitudo de ore stōi ⁊ ꝙ ipsū ꝯfortat. ¶ Et fit
masticationes facte ex mēta ⁊ mastice ⁊ aniso ⁊ admini
stretur vomitus cū rhaphano s̄m ꝙ diximus cū mino
ratione cibi. Et sit cū geleniabin qd̄ in potu dat̄ in pri
cipio ⁊ post septimū ꝑmissū qd̄ ꝯfortet os stōi ⁊ sit in eo
ꝓuocatio plurima sicut anisuz ⁊ mastix. ¶ Et fit cum
aqua calida ⁊ ꝓprie in principio ꝑiodi. nam ipsum re
sistit rigori ⁊ frigori ⁊ extinguit cū hoc sitiz q̄uis sit es
tuosa. ¶ Et multotiens q̄dez conceditur euo phl̄atis
⁊ humoris crudi in hac hora sed melius est ut expecte
tur in eo cōplemētum digestionis. ¶ Et qn̄ egritudo
īcpit cum calore ⁊ assiduat iuuat̄ cū huiusmodi troci
scis. ℞. myrobalanoꝝ citrioꝝ aloes succi eupatorij suc
ci apsinthij oīum ana. ʒ. v. croci ⁊ masticis amborum
ana. ʒ. vi. īforment̄ trocisci ⁊ sumat̄ ex eis omni die pō
dus. ʒ. i. ⁊ omni nocte pondus. ʒ. ſ. ¶ Et qū uideris
ꝙ digō apparet adiuua eam cū eis que sunt sicut folia
apij ⁊ feniculi ⁊ radices sq̄nāti ⁊ capillus veneris.
¶ Si au̅t scias ꝙ materia est frigida valde non est ma
luz uti pipe pauco ⁊ uti uino pauco subtili non pl̄imo.
¶ Et qn̄z adiuuāt unguēta resoluentia ad digōem ⁊
resolutionez cū uirtute forti ⁊ sunt ꝯuenientiora in hac
egritudine q̄ in reliquis febribus. ¶ Et oz ut ꝯsidere
tur in hoc virtus ⁊ febris ⁊ rigor. Qd̄ si uirtus fuerit
fortis ⁊ febris non fuerit seua ualde adde in ea in uncti
onibus ꝯfricando ⁊ si non administrent̄ ol̄a subtilia q̄
ad equalitatē sunt decliuia. ¶ Et qn̄ ꝑtransit. xiiij. tūc
necessariuz ē administrare qd̄ subtiliat plꝰ sicut fenicu
lum ⁊ apiū ⁊ fortasse indigemus seie amborū ⁊ aniso ⁊
eo qd̄ est sicut sirupus acetosus cū seminibus in quo
ponunt̄ isopus ⁊ albasce ⁊ administratione trociscorū
de rosis. ⁊ fortasse est necessariū addere in eis pp stōm
tus ⁊ masticez ⁊ ciperū ⁊ apsinthiū ⁊ his similia s̄m ꝙ
exigit illud qd̄ presens est. ¶ Et vinū subtile ꝯfer eis
in hac hora cuz subtiliatione sua ⁊ qr ꝯfortat calorem
innatū ⁊ qr ꝓuocat ⁊ sudare facit. Et qū uideris dige
stionē ⁊ fortitudinez dabis ei in potu post illud troci
scos de apsinthio. Et qū uideris frigus in pricipio ꝑo
xismoꝝ nocere: ⁊ egritudo non est in principio: da ī po
tu aquā calidā ī qua decocta sunt ea q̄ sunt sicut semē
apij ⁊ anisuz ⁊ ozimū ⁊ administrabis iteꝝ huiusmodi
⁊ fortiora eis embrocando ⁊ uaporando ⁊ huiusmodi
⁊ qn̄z dat̄ in potu ad rigorez uehementez. ¶ Deco
ctio scd̄m hūc modū. ℞. zinziberis origani ameos om
niū. an̄. ʒ. iij. coriandri. ʒ. iiij. rosaꝝ calamēti amboꝝ. an̄
ʒ. iij passulaꝝ. ʒ. vij. decoquantur secūdū descriptionem
uel secūdū medietatē ⁊ sit dosis. ℥. iij. Et qum uideris
phl̄a dabis in potu tyriacā ⁊ dent̄ iteꝝ in potu trocisci
de rosis magni cū aqua feniculi ⁊ detur ei omni nocte
medicina de turbit ⁊ pilke de aloe facte cum spēbus q̄
sunt sicut pip. ¶ Et ad illud decoctio huiusmōi. ℞.
hiere. ʒ. vij. turbit. ʒ. x. myrobalanoꝝ nigroꝝ. ʒ. v. eupa
torij. ʒ. v. sal̄ indi. ʒ. iij. bedeoard suchaba oīuz an̄. ʒ. iiij.
anisi. ʒ. iij. decoquant̄ cū aqua apij ⁊ sumant̄ de ea ī po
tu scd̄m q̄titatez necessitatis. ¶ Et fortius illo est illd̄
quod. ℞. duaꝝ radicum ⁊ radicis lilij oīum. an̄. ʒ. x. hie
re. ʒ. viij. succi eupatorij. ʒ. v. se. apij ⁊ feniculi oīum
an̄. ʒ. iiij. spice mente amborū. an̄. ʒ. vij. fiant ex eis tro
cisci ⁊ administrent̄. ¶ Decoctō bona. ℞. duaꝝ radi
cum ambaꝝ. an̄. ʒ. xº passulaꝝ enucleatarū. ʒ. vij. anisi ⁊
masticis amboꝝ. an̄. ʒ. iij. bedeoard ⁊ suchaba ⁊ eupato
rij oīum. an̄. ʒ. iiij. decoquant̄ in libris tribus aque us
qꝫ quo redeat ad lb. i. aque ⁊ sumatur in potu aliquot
diebus in ieiuno. ¶ Trocisci boni apud chronicas fe
bres et uehementiā rigoris. ℞. hiere succi eupatorij ap
sinthij suchaba bedeoard oīum. an̄. ʒ. v. seminis apij ⁊
feniculi anisi oīum. an̄. ʒ. iij. sal̄ naptici. ʒ. iiij. seminis cu
scute myrobalanoruz kebulorum. oīum an̄. ʒ. x. agari
ci. ʒ. xv. trociscoruz de ros̄. ʒ. xx. de turbit. ʒ. xxx. fiant
ex eis trocisci ⁊ sunt solutiui. ¶ Et iteꝝ aloes myro
bal̄. citrionoꝝ ⁊ reubar. masticis succi eupatorij apsin
thij oīum. an̄. partem. i. croci ꝑtis unius medietatem
terantur ⁊ administrent̄. ¶ Et iteruz hiere myrobal̄.

kebuloꝝ sal' oium. an̄. ʒ. iiij. seminis apij ⁊ feniculi ⁊ ani
si oium an̄. ʒ. i. s. apsinthij. ʒ. v. trociscoꝝ de rosis. ʒ. iij.
suchaba bedeoard oiūz an̄. ʒ. ij. terant' ⁊ īforment' pill'e
¶ Decoctō bona. ℞. eupatorij. ʒ. v. ⁊ radicis lilij ⁊ ra
dices liquiritie ⁊ ameos oium an̄. ʒ. iij. seminis apij fe
niculi an̄. ʒ. iiij. rosaꝝ. ʒ. v. decoquant' oia ⁊ sit dosis ei⁹
omni die. ℥. iij. Et iteꝝ. Radicū triuz oium. an̄. ʒ. x.
seminis āisi apij oium an̄. ʒ. ij. suchaba bedeoard eupa
torij apsinthij oium. an̄. ʒ. v. centauree. ʒ. iij. decoquant'
⁊ bibant'. ℥. iiij. ¶ Et iterum herbe eupatorij fumiter
re bedeoard suchaba apsinthij oium an̄. ʒ. v. passulaꝝ.
ʒ. x. myrobalanoꝝ citrinoꝝ. ʒ. x. Et hec quidez cura est
salso ⁊ ei in quo vincit chol'a magis ꝯueniens. ¶ Et
agaricū qū de eo sumit' in puluere ex. ʒ. i. vsq₃ ad. ʒ. i. ⁊
tertiā diebus ꝯtinuis ꝓhibet elongari egritudinez.
¶ Sumatur ergo puluis ex eo ⁊ ꝯmisceatur cū mel
le ⁊ bibat'. ¶ Et semen urtice post digōz uel ꝯmistōm
est mirabile ualde sumptū cū puluere aut cū melle. Ve
ruz si acciderit ei modus aliquis solutōis uentris opor
tebit ut addat' in eo ꝓpter debilitatē epatis semen cu
scute uel turbit ⁊ semen cuscute ⁊ ꝑꝑ debilitatem stōi
mastix ⁊ anisuz ⁊ ꝑꝑ debilitatē splenis ⁊ grossitudinez
eius radix apij ⁊ scolopendrie. nā multotiēs associatur
huic egritudini splen ⁊ fortasse oꝫ ut addātur ꝑꝑ ipsū
ciperi ⁊ grana de ben ⁊ fenugrecū. ⁊ ꝯsideret' cuz hoc
dispositō uehemētie febris vt non accidat uehementia
calefactionis. ¶ De euōnibus uero que sunt fortiora
⁊ indiget' eis in hac egritudine apud digōnem est ut
augmentet' dosis de pill'is de turbit. ⁊ administrentur
clisteria fortia. ¶ Et de illis sunt pill'e iste. ℞. masticis
sexta. ʒ. i. succi apsinthij quarta. ʒ. i. pl'pe colloquintide
sexta. ʒ. i. hiere picre. ʒ. s. agarici. ʒ. s. informentur pill'e
cum sirupo acetoso mellino ⁊ sumant' in potu. ¶ Et
ꝺ illis sūt pill'e de mastice ⁊ de aloe. ¶ Q. ꝺ si materia
fuerit ad caliditatē decliuis sumantur de trociscis de
spodio solutiuis. ʒ. iij. trocisci de turbit auī. i. scamonee
auī. s. succi eupatorij. auī. ij. Et dentur in potu secūdū
quātitatē v̓tutis. ¶ Et iteꝝ eupatorij apsinthij capil'
ueneris ⁊ myrobala. fumiterre passulaꝝ mundataꝝ eq
les sumant' ꝑtes ⁊ dentur in potu scđꝫ quātitatē neces
sitatis. ¶ Et si non suffert corpus sol'onez uentris per
ueniatur ad diuretica ⁊ subtiliatiua ⁊ sudare facientia
et de suma illoꝝ quibus indiget' tunc est infusio aloes
cum melle. ¶ Et qn̄ declinat egritudo non est tunc in
troitus balnei an̄ cibum malus. ¶ Cibi aūt eoꝝ sunt
subtiles sicut acetū ⁊ oleū. ⁊ qn̄ꝫ ponitur in eis parum
almuri et ꝓprie in fine eius. ¶ Illi aūt qui sunt fortiō
res sunt altaragi et pulli et alcubugi et his sil'ia. post ꝺ
clinationē. ⁊ oꝫ ut ponāt' in eis et ꝓprie apud digōem
ea in quibus est incisio sicut acetū et sinapis et almuri
¶ Et si fuerit phl'a acetosum maluz viscosuz porrum
⁊ aqua ciceris sunt de melioribus cibis eis. ⁊ qn̄ꝫ po
nūtur in eis cyminū ⁊ anetū ⁊ oleū. Et iteꝝ beguerid
facta ex sicla ⁊ almuri ⁊ aceto ⁊ oleo abluto ⁊ alchau
guamac sicut kēmach de capparib⁹ ⁊ remach ꝺ aneto
⁊ origano ⁊ aniuden ⁊ asparagis. Et deuitent' olea in
q̇bus est inflatio ⁊ humectatio. ¶ Et hora cibi est p⁹
ꝑorē ꝑoxismi: ⁊ erradicationē e⁹: ⁊ ante ꝑoxismū ad
minus. iiij. horis. ¶ Mensura aūt somni eoꝝ est ut sit
equalis vigilijs. ut sit digō materiei ad somnū ⁊ resol'o
ad uigilias. ¶ Et balneum q̇dē est uehemētis nocum̄
ti nisi post declinationē. ⁊ succurrit' uomitui eius qn̄
suꝑfluit. ⁊ oꝫ ut administret' in illo qđ fit sicut miua ⁊

sirupus de granatis cū menta simil' cognitus. Et si ne
cessariū est fortius sumat' de granis granatoꝝ muzorū
ʒ. x. ⁊ turis albi ⁊ masticis amboꝝ an̄. ʒ. v. mente. ʒ. vij.
decoquantur in duabus libris aque in q̄ sint folia mē
te donec minuat': ⁊ succurrat' fluxui uētris eius qum
suꝑfluit: cum retentione eius cum eis que sciuisti de sti
pticis regimentalibus ⁊ medicinalibus. ¶ Sed eius
q̇dez debilitatōi succurrit' ut cibet' successione ei⁹ pul
lis assatis ⁊ in patellis coctis. Et ut adhibeātur suffu
migatiōes ⁊ odores uiuificantes. Et si acciderit infla
tio in facie ⁊ extermitatibus iuuant' qū administrātur
huiusmōi trocisci. ℞. anisi ⁊ lacce ablute amboꝝ an̄. pō
dus. ʒ. v. amigdalaꝝ excorticataꝝ croci marmacō oiuz
ana. ʒ. iiij. seminis apij seminis feniculi floris sq̇nāti om
nium ana. ʒ. iij floris eupatorij. ʒ. iij. spice. ʒ. v. hiere
picre. ʒ. vij rosaꝝ. ʒ. x. fiant ex eis trocisci ⁊ admistrent'
¶ Et fortasse indigebis eis que sunt sicut omorusia ⁊
dialacca et medicam̄ ꝺ amigdalis amaris. Et ad longi
tudinē febris. ℞. rosaꝝ pondus. ʒ. x. masticis et spice et
feniculi et seminis apij et seminis endiuie et succi eupa
torij et succi apsinthij oium ana. ʒ. iij. spodij. ʒ. v. fiant
trocisci et sit dosis ex duabus. ʒ. vsq₃ ad. v. cū. ʒ. x. de ge
leniabin in decoctionis feniculi q̄ntitate. ℥. ij. et ameos
ꝯfectum cū melle est magni iuuamēti in huiusmōi loco
¶ Et fortasse indiges ꝑꝑ longitudinē frigoris fricati
one et modus in ea est vt incipiat ab hūeris et iguinib⁹
qn̄ sꝑgit' cal'itas in manibus et pedibus et calefiunt.
Si aūt senserit sil'itudinē lassitudinis fiat ꝑmutatio ad
fricationez dorsi et qn̄ uehemens sit calefactio que ne
cessaria est in eis tunc dimitte eam ad aliud membꝝ.
¶ Et de ol'is bonis eis est oleuz dulce in quo non est
stipticitas et oleū camemillinū et oleuz de aneto deco
ctū in uase duplici. Qū ergo ꝯpleueris tunc absterge
oleū aliquod ut non angustiet' et non est malū si fricati
onem siccam sequat' fricatio cū oleo aliquo. ¶ Et de
illis que seruāt stomachos eoꝝ vt non debilitent' sunt
unguenta inuncta capiti stōi que sūt sicut camemillinū
et oleum nardinū et oleum anetinuz et fortius illo alna
zoki. Et de empl'is iuuatis est ut decoquat' camemilla
cū re pauca masticē decoquendo cū uino cum duplo
sui de melle. Et si ceciderit appetitus. tunc melius est
ut non admistretur vinum soluz imo in quo decocta sit
sicut camemilla et dactili et melilotū et apsinthiū.

¶ De cura phlegmatice ꝯtinue q̄ noiat' latica. c. lviij.

Est cura facientis ꝑoxismū omni die ⁊ differt
ab ea quoniā oꝫ ut ī illa sit administratio subtili
antiū cal'oꝝ cū facilitate. ¶ Et hoc si fuerit ꝯtētus eis
que sunt sicut sirupus acetosus et geleniabin et iuleb
de melle et aqua eius et aqua feniculi et apij et radicū
triū sine dubio ꝯfert. ¶ Et qn̄ꝫ ꝯfert eis kisch ꝺ aneto
et kisch de capparibus et ꝓprie cū uestigijs digōis.
¶ Et ꝓparent' cibi eoꝝ in obseruatione tēpoꝝ et div
sitatis eius et fortitudine uirtutis et debilitatis eius ꝓ
ꝑatiōe cuius rememoratio ꝓterijt: et de medicinis bo
nis ad eos sunt trocisci de decem generibus. Et iteꝝ
de medicinis exꝑtis ad eos ē illa que. ℞. rosꝫ. ʒ. vi. suc
ci liquiritie fumiterre spice oium ana. ʒ. iiij. masticis.
ʒ. iij. karabe. ʒ. iij. anisi. ʒ. ij. ꝑrepentur. ¶ Iteꝝ trocisci
eupatorij. ʒ. iiij. rosaꝝ. ʒ. i. et tertiam spodij. ʒ. ij. et. s.
¶ Et iteꝝ trociscoꝝ apsithij quoꝝ descriptio. ℞. assari
semis apij anisi amigdalaꝝ amaraꝝ suchaba bedeoard
succi eupatorij spice masticis oiuz ana. ʒ. ij. Et iteꝝ eu
patorij. ℥. iij. rosaꝝ rubeaꝝ lb. i. spice. lb. s. spodij. ℥. iiij

¶ De cura empialos ⁊ liparie. c. lix.

Cura eap ppinqua est cure quã diximus ⁊
sunt ambe associate uni uie. Et oz ut incipi
atur in primis a sirupo acetoso mellino ⁊ zuc
carino ⁊ pcipiat in eis ambabus ut administretur rob
acreste decoctũ cũ melle ⁊ sirupo ros. deinde fiat gra
datio de uia sumendi in potu semina ⁊ aquas eo ad i
fusioné aloes: ⁊ trociscos de rosis cũ mastice. ⁊ pillas
de aloe ⁊ hierã picram ⁊ pillas de eupatorio. Et opz
vt in eis ambabus siml' stõi sollicitudo habeat ⁊ admi
nistret vomitiuũ cũ aqua faseolo ⁊ rhaphani ⁊ anisi
⁊ calamenti ⁊ diuretica. Et de solutiuis iuuatiuis est
illud. qđ fit ex myrobalanis nigris ⁊ citrinis ⁊ turbit
⁊ zuccaro. Et de illis que ꝯferũt eis iuuamtũ magnũ
sunt clisteria decliuia ad acuitaté ⁊ in qbus ponuntur
medulla cartami ⁊ cẽtaurea minor ⁊ anetũ ⁊ camemil
la ⁊ albasce ⁊ melilotũ ⁊ almuri ⁊ mel ⁊ regimen lipa
rie indiget subtilitate plusq̃ regimẽ alterius.

¶ De cura febris cũ sincopi ⁊ humorosa. c. lx.

Hec febris est difficilis cure. ¶ Et modus in
curatione eius est eũo gradata ex subtili ad
forté ⁊ ppie qñ natura non respondz ex se:
tunc enim cũ clisteribus munda qđ est in intestinis ⁊ ve
nis ppinquis eis ex supfluitate: ⁊ administra in resi
duo subtiliationẽ cũ fricatione. ¶ Et Gal. qdez dixit
q deficit ab eũoe plmum eo nisi cũ fricatione. ¶ Et
melior modo in fricatione eo est vt icipiat a coxis ⁊
cruribus descendendo a supiori ad inferius: ⁊ admini
stret illud cũ mãdili aspero abradente cutem deinde
pmutet ad manus descẽdendo ab humero ad spatulã
ita ut igneat cutis: deinde ad dorsuz ⁊ pectus deinde
redeat ad crura ⁊ reuertatur ad ordinẽ primũ. Et po
natur medietas tpis eo fricationi ⁊ medietas tpis e
orũ dormitõi si possibile est. ¶ Et ad summũ canon
curationis eo est subtiliatio non calefactio valde.
¶ Et de illis que ꝯferunt eis sunt subtiliantia sicut a
qua mellis cũ virtute isopi ⁊ seminis apij in matutinis
⁊ sitibus eis. ¶ Qđ si fuerit illic fluxus ventris sup
fluus decoque mel decoctione vehementiore ⁊ nõ sol
uet nisi pa temperatũ iuuatiuũ. ¶ Et sirupus aceto
sus mellinus ite cõfert eis i estate quidẽ ⁊ cũ cõsuetudi
ne potus aque frigide pmistus cũ aqua frigida. ⁊ in hye
me oz ut non sumat eã in potu penitus ⁊ sit ꝯtẽtus aq̃
cal'a. ⁊ assumere cal'm ex potibus est melius eis nisi ap
necessitatẽ estus estatis ⁊ vehementiã caloris plimi.
Et ꝯuenientius quo potant ad sitim est sirupus aceto
sus mellinus: ⁊ vinuz ꝯfert eis in principio ⁊ proprie si
fuerint febres eo sanguinee: sz pa sunt ⁊ ppie in se
nibus. ¶ Et necessariũ est eis uinũ pus cibuz: ⁊ tibi q̃
dez necessarium est ut ꝯsideres pulsum habentiũ hanc e
gritudinẽ semp ⁊ cum uideris eũ incipe dbilitari ⁊ ca
dere subito ciba eũ pane infuso in vino ꝯmisto si non p
bibet apa in visceribus. ¶ Qñ ergo associat ei huius
modi egritudo non est curationi modus nz fiducie lo
cus. s. qñ accidit huiusmõi alteratio in pulsu ⁊ hec qdẽ
cibatio est ex eis que necessaria st qñ vehemens fit sin
copis: ve oz vt phibeat illud. ¶ Cibus aũt sup quẽ
fit dormitio est aqua ordei sup qua non addat nisi qñ
cadit virtus. ⁊ si additur tunc sit panis infusus i iuleb
aut aqua mell'. ¶ Et balneũ quidẽ est de rebus noci
bilioribus istis ⁊ calidũ ⁊ frigidũ valde ex aere cũ cali
do eniz non fit securitas de cursu hũo ad pulmonez
⁊ ad cor ⁊ ad cerebrum ⁊ frigidũ phibet digestionem
eius ⁊ addit in oppilationez eius. ¶ Qđ si fuerit in ea
humor cholicus aliquis tunc si facilis est vomitus ⁊ le
niatur est iuuatiuus valde ⁊ ad ultimũ melius est vt as
sidue pficiat in ea.

¶ De cura febris cum sincopi minuta. c. lxi.

Oportet ut empletur pectus eius cũ sandal ⁊
aqua ros. ⁊ viuificet cum cibo paulatim. Et
sit cibus eius sicut panis de simila infusus in
aqua granato infrigidata si desiderat ipsum ⁊ sil'r in
aqua de fructibus. ¶ Si autẽ indiget ad vtutẽ almo
sosat factis ex pullis cũ aceto ⁊ aqua acreste ⁊ ol'ib⁹ fri
gidis ⁊ ppe coriãdro erit iuuamẽtũ i hoc si exhibeat.

¶ De regimine nocturne ⁊ diurne. c. lxij.

Regimen ea ambarum est regimen phl'atica
rum neq3 est diuersitas in eis.

¶ De quartana piodica. c. lxiij.

Quartã

Plurimũ q̃rtana est piodica ⁊ miorat casus
quartane in sepabilis. ¶ Cause vero q̃rta
ne sunt ea que generant mł'iam postea putre
faciunt eã ⁊ tu iam sciuisti totuz illud. ¶ Et sciuisti q
mł'ia alia est que est fex sanguinis. ⁊ alia est que est adu
stio eius ⁊ cinis humo. ¶ Et sciuisti q de illa est sã
guinea ⁊ de illa est phl'atica ⁊ de illa est cholerica ⁊ d
illa est adustio ipsius mł'ie natural'. ¶ Et existiauerũt
qdaz hoiuz q quartana non generat ex mł'ia naturali
qm ipsa nõ putrefit. ¶ Et huius qdem sermo non oz
ut auscultet: imo de pprietatibus ois hũiditatis est ut
putrefiat q̃uis rarificet in prepatione. Et plm quidẽ
euenit in successione egritudinis febriũ diuersa putri
da pp diuersitatez humo ex qbus generant ex quo
ruz putrefactione qũ addunt ⁊ non eũant mł'tiplicat
mł'ia deide qũ putrefit est quartana. ¶ Et mł'totiens
qdez accidit successione splenis ⁊ cũ hoc ipsa lz plimũ
nõ eũatur ex dolore splenis aut duritie eius ⁊ saluior
q̃rtana est illa que nõ accidit ab apate splenis aut alijs
aut cum qua non est apa splenis. ¶ Quartana enim
que euẽit ab apate splenis aut cũ qua est apa splenis
multotiens perducit ad hydropisim ⁊ pnitiẽ. Et q̃rta
na que salua est liberat ab egritudinib⁹ malis mł'icis sic
mł'ia ⁊ epilepsia ⁊ i ea ẽ securitas a spasmo qm hũor est
siccus ⁊ scđm plimuz est egritudo salua. ⁊ qñ ñ accit i
ea error ñ addit sup ãnũ. ⁊ qñz pdurat. xij. ãnis: ⁊ qđ
est infra eos: ⁊ q̃ ex ea longa est pducit ad hydropisim
¶ Et scias q autũnus est inimicus quartane.

¶ De signis. c. lxiiij.

Sunt q quartana incipit in primis cum fri
gore puo: deinde incipit frigus eius addi po
stea miorat pa ap statuz sicut i phl'ate. Qñq3 calefit
corpus non est cal'itas vehemens licet sit maior ⁊ ma
gis apparens q̃ illa que est in phl'atica: ipsa enim cum
difficultate sua ⁊ inflatione nõ inflatur inflatione de q̃
curat sicut ignis in lignis grossis ⁊ non ꝯphendit sup
corpus totũ imo est illic cal'itas cũ horripilatione ⁊ cã
in hoc est grossitudo hũoris. ¶ Et est cũ frigore ⁊ ali
quãtulo dolore q̃si frangat ossa ⁊ est illic ꝯtractio pp
quã strident dentes: ue non sicut in phl'atica qua ppt
pducit illud ad debilitatẽ visus: ve lenit apud digõez
qm malitia minorat sicut fuit in principio parumper.
¶ Et de signis quartane sunt cause eius ãtcedentes
ex febribus que plongate fuerũt: ⁊ ex splene aut dolo
re ⁊ de signis quartane etiam sunt dispõ ꝯplexionis ⁊
significationes mł'ie ⁊ etas et tempus et cib⁹ et forma
et ꝯsuetudo et que sunt his sil'ia. Et piod⁹ eius ẽ. xxiiij

horaꝝ. ¶ Et mltotiens est febris tertiana i estate q̇dē ⁊ fit quartana in hyeme ⁊ multotiens ꝑducūt febres diuerse ad febres ꝑmistas in quib⁹ nō est ordo ꝑꝑ diu̕sitatē residui hūoꝝ remouentiuꝫ post febres. Qū ergo status ꝯfirmat̕ scd̄m cinereitatis additionē cōfirmat̕ sup quartanaꝫ. ¶ Et illius q̇deꝫ que est a phl̕ate adusto sunt poxismi longiores: ⁊ accidit eis frigus secundū pl⁹ successione assiduationis ⁊ est sudor tardior ⁊ vria grossior ⁊ durities venaꝝ minor ⁊ fit scd̄m plm̄ successione febriū phlegmaticaꝝ. ¶ Et illā que ē a sanguie adusto ātecedunt signa sanguinis ⁊ febris eius ⁊ rubedo vrine ⁊ significant ipsam forma ⁊ etas ⁊ tēp⁹. ⁊ fortasse erit post febres sanguineas: ⁊ in illa que est a cholera adusta est pulsus vehemētioris velocitatis ⁊ frequentie ⁊ incipit cū horripilatione ⁊ frigore in carne ⁊ siti ⁊ sudore. Et qñ fit ira ⁊ sudor ⁊ ifl̕atio ⁊ significāt ipsam fora tempus ⁊ etas. ⁊ qñ significant ipsam ꝙ ipsa fit successione febriū chol̕icaꝝ. ¶ Et pulsus in quartana est decliuis ad duritiē ꝑꝑ siccitatē humoris. Ipse eniꝫ trahit̕ ad interiora quasi ipse esset pulsus senis: ⁊ ad equalitatē dū non mouet̕ ⁊ si moueat̕ diuersificat̕ puls⁹ ualde ꝑꝑ grossitudinē supfluitatis ⁊ fit mūdificatio eius apparens apud teporē ⁊ est significatio cōpleta super quartanā. ¶ Et multotiens accidit in eo diastoles inequal̕ ⁊ systoles vehemētis necessitatis scd̄m ꝯtrariuꝫ eius qđ est in tertiana. ¶ Et pulsus q̄deꝫ quartane melior est pulsu phlegmatice i ꝑuitate ⁊ frequentia sed est similis ei in tarditate: ⁊ apud inceptionem ꝑoxismi addit̕ tarditas sua ⁊ frequentia ⁊ diuersitas eius est maior diuersitate reliquarū febriuꝫ deinde incipit magnificari ⁊ fieri frequens ⁊ velox. ¶ Et urina in quartana est filium horaꝝ in priuatione digestionis ꝑꝑ frigus materiei ⁊ grossitudinē eius nisi apđ statū bonū. Veruꝫ dispositiones eius ⁊ colores eius diuersificantur ⁊ illud ideo: qm̄ melancholia generat̕ ex humoribus diuersis. ¶ Et de signis digōis quartane est leuitas tremoris. Urina aūt in principio est alba ad viriditateꝫ decliuis cruda cui non est digestio. ¶ Et post principium diuersificatur eius dispositio ꝑpterea ꝙ plm̄ mel̕ie est generatū ex humoribus diuersis ⁊ est apud declinationē nigrū. Et sudor in quartana est plimus ꝑ ꝯparationem ad phl̕aticaꝫ ⁊ nōmultiplicatur ꝑ cōparationē ad alias ⁊ sitis minorat̕ i hac febre: nisi sit a mel̕ia chol̕ica.

De cura. c. lxv.

embryonū et dolores mulieꝝ et ad oēs egritudi
nes et ē medicia indica. cꝰ ꝑmistio. ℞. opij pōdꝰ sexta
riorum. iiij. duaꝝ tertiaꝝ. ʒ. iꝰ. euforbij. ʒ. vi. acatie pon
dus sextarioꝝ. v. et pondus. ʒ. ij. et duarū tertiaꝝ. ʒ. iꝰ.
amoni pondus sextarioꝝ. iij. et duas tertias. ʒ. i. costi
amari sextaria. ij. piperis sextaria. ij. et duas tertias. ʒ.
i. piretri pondus. ʒ. vi. et alfesira et est hazarasen et fesiz
setara et est mesessdaz amboꝝ ana pondus. ʒ. iiij. serici

crudi sextaria.ij.argenti cōbusti pondus.ʒ.vi. rosaruʒ
rubeaꝝ siccaꝝ ablatis capitibus.ʒ.vi.ameos pondus
ʒ.iiij.seminis hyusq̇ami albi pūdus sextarioꝝ.ix.⁊.ʒ.ij.
supioris uitis pondus.ʒ.iiij.corticū radicis apij pon
dus sextarioꝝ.iij.⁊.ʒ.ij.seminis portulace sextaria.x.
granoꝝ alkerua excorticatorum sextaria.viij. sulfuris
citrini sextaria.v.gūmi pondus sextarioꝝ.iij.⁊ pondus
ʒ.ij.storacis liquide pondus sextarioꝝ.iij.⁊ pondus.ʒ.
ij.⁊ duaꝝ tertiarum.ʒ.i⁹.bdellij.subalbidi sextaria duo
turis masculi sextaria.v.⁊.ʒ.ij.galbani sextaria.ix.⁊.ʒ.
ij.⁊ duas tertias.ʒ.i.dibic mundati sextaria.v.⁊ duas
tertias.ʒ.i.myrti sextaria.ij.masticis sextaria. iij.⁊ du
as tertias.ʒ.i.aristologie rotūnde sextaria.iij. ⁊ duas
tertias.ʒ.i.radicis lilij celestis sextaria.iij.⁊.ʒ.ij.cordu
meni sextaria.vi.radicum alkekengi.ʒ.vi.folij indi sex
taria.iij.⁊ duas tertias.ʒ.i.carpobalsami ⁊ calāi arōa
tici ⁊ casie ⁊ zedoarie ⁊ doronigi omniū ana sextaria
duo seminis mandragore pondus.ʒ.iiij.cinamomi pō
dus.ʒ.vi.assari pondus.ʒ.iiij.cardamōi grana integra
l.gariofiloꝝ masculorum sextaria.v.gariofiloꝝ femina
rum sextaria.iij.berodoam sextaria duo ⁊.ʒ.ij.cinamo
mi sextaria duo galange pondus.ʒ.iiij.margaritaꝝ nō
perforatarū pondus.ʒ.v.coralli sextaria duo ⁊.ʒ.i.ari
stologie longe pondus sextarioꝝ.ix.zufere pondus.ʒ.
ij.acori albi sextaria duo ⁊.ʒ.ij.capsie inde pondus se
xtariorum.ij.zinziberis ⁊ piperis albi amboꝝ ana sex
taria.v.atmot ⁊ tuzerit amboꝝ ana.ʒ.ij.surenidi sextari
a duo ⁊.ʒ.ij.⁊ duas tertias.ʒ.i.beeen albi ⁊ ru. amboꝝ
ana sextaria duo ⁊ duas tertias.ʒ.i.fellis uaccini pon
dus.ʒ.ij.fellis adib ⁊ fellis ursi ⁊ fellis corui omnium
ana pondus.ʒ.i.Aggrega has medicinas tritas ⁊ cri
bellatas infusis que ex eis infundunt in uino septem
diebus ⁊ post illud proijce super eas medicinas cōtri
tas ⁊ confice cū melle dispumato ⁊ olei balsami sexta
rijs.iij.⁊ sit quantitas uini in quo infuse sunt medicine
quātitas in qua soluantur medicine ⁊ fiant sicut elcūs
zium ⁊ ponatur in uase figuli aut lapidis mundo ⁊ fer
ueat.v.aut sex ebullitionib⁹ ⁊ auferatur ab igne ⁊ in fri
detur ⁊ reponatur in uase uitri ⁊ post illud sumatur ꝺ
bobaton claudam feminā dēcrepitā ⁊ ligentur manus
⁊ pedes e⁹ ad inuicem ⁊ ponatur in uase eris ⁊ pijciat
desuper lupinoꝝ alboꝝ ⁊ aneti amborum ā pugillus
i.⁊ pijciatur desuper aque dulcis quantū necesse est ⁊
cooperiatur os uasis ⁊ decoquatur cū leui igne dōec
discoquatur ⁊ p⁹ illud auferatur ab igne ⁊ coletur ius
⁊ sumat ⁊ mundificētur cutis e⁹ ⁊ ossa ipsius ⁊ pili ei⁹
⁊ reducatur ius ad uas mūdum ⁊ pijciatur s ipsum
olei balsami ⁊ olei nardi quantitas sacraiati.i⁹.ꝺ uno
quoq ⁊ decoquatur lento igne donec remaneat e⁹ ter
tia deinde pijciatur s ipm mel sm quantitatē iuris ⁊
decoquatur donec ingrossetur ⁊ conuertat in spissitu
dinem mellis grossi deinde pijciatur des medicine cō
fecte predcē in principio confectionis ⁊ insretur ⁊ re
ponatur in uase uitri ⁊ dimittatur sex mensib⁹ ⁊ admi
stret post illud ⁊ non administretur ā illꝺ qm̄ ifficiet

Alcalchataraban minus.℞.carpobalsami pon
dus.ʒ.ij.croci pondus.ʒ.x.muschi pōdus ter
tie.ʒ.i.bellebori albi.ʒ.iiij.opij pondus .ʒ.xv. condisi
pondus.ʒ.ij.piperis pondus.ʒ.x.serici crudi pondus
ʒ.ij.seminis hyusquiami albi pondus.ʒ.x.euforbij pō
dus.ʒ.vij.amōi ⁊ corticum radicis mandragore oiuʒ
ana pondus.ʒ.ij.usnee ⁊ casie ⁊ āmoniaci ⁊ olibani ⁊
radicis lilij ⁊ xilobalsami ⁊ pulpe colloqntide ⁊ zinzi
beris ⁊ serapini ⁊ oppoponacis ⁊ cinamomi et casto
rei bezeribasen ⁊ mesessdar ⁊ capsie inde omniū ana.ʒ
ij.seminis albarmel ⁊ gariofiloꝝ ⁊ folij indi ⁊ adipis
gruis ⁊ fellis elephantis omniū ana.ʒ.iiij.auri ⁊ argē
ti amboꝝ ana pondus sexte.ʒ.i.tritoꝝ ⁊ cribellatorum
⁊ zedoarie ⁊ doronigi ⁊ canfore omniū ana.ʒ.iij. spice
aromatice pondus.ʒ.iij.costi amari pondus.ʒ.iiij.carui
pondus.ʒ.ij.aristolo.rotunde pōdus.ʒ.i.ameos ⁊ ori
gani psici ⁊ radicis alzufere ⁊ granoꝝ capparis omniū
ana pondus.ʒ.i.interfectoris pris sui ⁊ zuccari ⁊ bac
caꝝ lauri ⁊ sanguinis draconis omniū ana pondus.ʒ.
ij.salis indi ⁊ usnē masculi amboꝝ ana pondus.ʒ. ij.sul
furis marini pondus.ʒ.i.burūgi ⁊ piperis amboꝝ ana
pondus.ʒ.ij.casie fistule mundate a cāna ⁊ granis suis
⁊ chir ⁊ uananeul ⁊ radicum canabis ⁊ rizi omnium
ana pondus.ʒ.i.Aggrega has medicinas tritas ⁊ cri
bellatas ⁊ infunde que ex eis infundūtur in uino ⁊ cō
fice cū melle dispumato ⁊ utere post sex menses

Alkelkelengi magni qꝺ confert ad mollificatio
nem stōi ⁊ frigus e⁹ ⁊ ad febres antiquas ⁊ lin
copim ⁊ difficultatē urine ⁊ albaras ⁊ morpheā ⁊ uigi
lias ⁊ fracturam ossiū ⁊ tussim humidā ⁊ ptisicos qñ
non adest febris ⁊ ad illum c⁹iā inflatum est corpus ⁊
ad hemorroidas ⁊ spleneticōs ⁊ ad dubellati ⁊ coli
cam ⁊ hydropicos ⁊ ad mulierez que egrotat in pgna
tione sua ⁊ ad prefocatiōm mricis ⁊ uentositates que
sunt in iuncturis ⁊ inflāmatiōm ⁊ ad dolores genu ⁊
dorsi ⁊ lacerti.c⁹ pistio.℞.myrobalanoꝝ nigroꝝ ⁊ bel
liricoꝝ sciréblegt ⁊ pipis ⁊ macropipis ⁊ ʒʒ.fini ⁊ spi
ce ⁊ capsie ⁊ fulfuminue ⁊ salis indi ⁊ salis rubei ⁊ sa
lis naptici ⁊ salis masse ⁊ lingue auis ⁊ ciperi ⁊ beil ⁊
cinami ⁊ burūgi ⁊ origani persici ⁊ nigelle ⁊ granoruʒ
nil ⁊ cymi ⁊ folij indi ⁊ seminis apij ⁊ coriandri sicci.
Et inuenimus in quibusdā descriptiōibus has medi
cinas iterum fausel ⁊ est iasel ⁊ almamuth ⁊ est costba
racost omnium ana.ʒ.iiij.oppoponacis. ʒ.viij.turbit
℔.i.⁊ sextaria.iiij.⁊ passulaꝝ enucleataꝝ aur.c. embli
corum aur.cc.penidioꝝ ℔.vi.ʒ.olei sisami ℔.iij.⁊ i de
scriprione alia ℔.i.Tere medicinas ⁊ cicotrigoniza ⁊
cribella ⁊ decoque passulas p se cum aqua ⁊ cola ⁊ in
funde casiam fistulā in ea ⁊ infunde emblicos in aque
libris.xxiiij.die ⁊ nocte ⁊ decoque usq quo remaneāt
libre.viij.⁊ proijce emblicos ⁊ reduc aquā emblicoꝝ
ad uas fo ⁊ confrica in eam casiā fistulā infusam i aq
passulaꝝ fricatione bona aut adiūge ad aquā emblico
rum que est in uase ⁊ pijce desup penidios ⁊ decoque
cū leui igne usq quo resoluātur penidij ⁊ conuertatur
aqua in spissitudine mellis ⁊ p⁹ illud proijce s eā oleū
si saminū ⁊ cōmoue usq quo cōmisceatur cū aqua ⁊ ū
adhereat manui aut pāno ⁊ remoue ab igne ⁊ pulueri
za des medicinas contritās ⁊ utere.c⁹ dosis sit aur. iij.
aut.iiij.unicuiq hōi sm mensuram sue uirtutis.

Alkelkelengi minus ualens ad hydropicos ⁊
dolores epatis ⁊ splenis ⁊ ictericiam ⁊ oppi
latiōm ⁊ carbūculos ⁊ est sanum ⁊ exptum.c⁹ pmistio
℞.myrobalanoꝝ citrinorum.ʒ.xx.myrobalanorum ni
grorum ⁊ belliricoꝝ omniū ana.ʒ.xv.emblicoꝝ ℔.iij.
tamarindorum.ʒ.l.passulaꝝ enucleataꝝ ℔.i. aggrega
has medicinas ⁊ pijce sup eas aque ℔.xxx.⁊ bulliat
usq quo remaneāt de ea ℔.viij.⁊ coletur ⁊ accipe ca
sie fistule mundate a cāna ⁊ granis suis ℔.i.⁊ pijce s
eam aq colatā et ferueat ebullitiōe una et cōfrica bñ
et cola per colatoriū et accipe ℔.iiij.penidioꝝ et pijce

super eã cũ aqua ⁊ bulliat usq̃ quo resoluant penidĳ
⁊ fiat eis spissitudo mellis deinde ꝓĳce desꝰ olei sisami
ni recentis lb.i.s.⁊ cõmisce cũ eis bene ⁊ ferueat dua
bus ebullitionibꝰ ⁊ remoueatur ab igne ⁊ accipe lacce
ablute ⁊ spice ⁊ rosaꝝ ⁊ petroselini ⁊ dauci ⁊ fu ⁊ re
usini ⁊ salis indi ⁊ radicis lilĳ celestis ⁊ agarici omniũ
ana.ʒ.vi.camedreos ⁊ siseleos ⁊ aristologie longe ⁊ as
sari ⁊ masticis ⁊ xilobalsami ⁊ gentiane ⁊ torũgi excõ
ticati ⁊ casie omniũ ãn.ʒ.ĳĳ.succi eupatorĳ ⁊ succi ap
sinthĳ ⁊ ciperi ⁊ floris squinanti omniũ ana.ʒ.v. semi
nis cuscute ⁊ seminis atriplicis ⁊ radicis liquiritie ⁊
sueci liquiritie ⁊ scamonee omniũ ana.ʒ.x.semis apĳ
⁊ costi ⁊ acori ⁊ seminis feniculi ⁊ anisi omniũ ana.ʒ.
iĳ.turbit albi.ʒ.cl.cymi carmeni nigri.ʒ.ĳĳ.Terꝰ ⁊ cri
bella has medicinas ⁊ accipe mezerion.ʒ.xx.⁊ funde
super ipm aque lb.i.⁊ olei sisami.℥.iĳ.ferueat donec
consumat aqua ⁊ cola oleũ deinde inuolue cũ eo me
dicinas ⁊ proĳce si eas penidios decoctos ⁊ cõmisce
bñ ⁊ pone in uase uitreato ⁊ sit dos.ʒ.ĳĳ.cũ lacte came
le aut cũ aqua casei aut cũ aqua uue uulpis ⁊ alkeken
gi.Et ego dicam in descriptione alia in sũma fa.

Confectio candorius ualens ad uentositates
grossas ⁊ puncturã ⁊ colicam ⁊ obliuiõz ⁊ da
tur in potu mulieribus ꝑgnantibus pp illud qđ accit
eis de egritudinibꝰ fris.cꝰ permistio.℞.seminis byusq̃
ami albi ⁊ opĳ amboꝝ ana.ʒ.xx.euforbĳ ⁊ piretri ⁊ spi
ce ⁊ croci omniũ ana.ʒ.vĳ.terantur ⁊ cribellentur ⁊ ꝯ
ficiant cũ melle ⁊ administretur post sex menses.

Confectio cognoiata condari preciosa ualde.
℞.croci aur.ĳ.myrrhe ⁊ assari ⁊ fu ⁊ reusini ⁊
dauci ⁊ petroselini ⁊ meu omniũ ana aur.ĳĳ.spice ide
⁊ romane ãboꝝ ana aur.vi.costi ⁊ casie ⁊ floris sq̃nãti
omniũ ana aur.i.carpobalsami aur.iĳ.s.rubee aur.viĳ
succi liquiritie ⁊ scolopendrie ⁊ polĳ ⁊ succi eupatorĳ
omniũ ana aur.iĳ.olei balsami aur.vi.permistionis an
daracaron aur.v.mellis quãtũ sufficit cꝰdos sit sicut
auellana cũ geleniabin de melle.℥.i.

Confectio de calamĩto que cõfert doloribꝰ stõi
⁊ epatis fris ⁊ horripilationi uehemẽti ⁊ febri
bus hñtibus periodos.cꝰpermistio.℞.calamẽti fluui
alis ⁊ montani ⁊ petroselini ⁊ sileris omniũ ana.ʒ.xx.
seminis apĳ ⁊ camemille ⁊ basse omniũ ana.ʒ.ĳĳ. reu
sini.ʒ.xv.piperis.ʒ.xlĳĳ.Et in descriptione alia.ʒ. xx
ĳĳ.conficiantur cum melle ⁊ administretur.

Confectio de seminibꝰ faciens ad dolores epa
tis ⁊ splenis ⁊ stõi ⁊ uentositates generatas ĩ
uentre.cꝰ permistio.℞.casie ⁊ amõi ⁊ spice ⁊ ameos ⁊
seminis feniculi ⁊ seminis apĳ ⁊ anisi ⁊ siseleos ⁊ casto
rei ⁊ seminis aneti ⁊ aristologie longe ⁊ galbani ⁊ assa
ri ⁊ carui omniũ ꝑtes equales ⁊ mellis dispumati q̃tũ
sufficit ⁊ permisceatur ⁊ administret

Confectio de iacyntho nr̃a. Hec ẽ ꝯfectio nr̃a
quã exꝑti sumus in regibus ⁊ eoꝝ sĩlibus ⁊ co
gnouimꝰ in ea iuuamẽtuz maximũ ꝓpe in egritudinibꝰ
alguesgues ⁊ alguesset ⁊ pulsu cordis ⁊ debilitate cor
dis ⁊ iam eradicauit de eis egritudines antiquas in
quibus non confert curationes ⁊ inuenimꝰ in ea iuua
mentũ maximũ in egritudinibꝰ cerebri ⁊ stõi ⁊ epatis
⁊ ꝓpe splenis ⁊ colica ⁊ ualet ad dolores iũcturaꝝ ⁊
febres antiquas cꝰ descriptio.℞.fracture iacynthi ⁊ ꝓ
prie rubee granate ⁊ ei sĩlium pondus aur.i.qua po
nantur in instrõ terendi ⁊ incipiatur eꝰ contrictio cum
facilitate subtiliter ut alterẽtur deinde ponatur ĩ tabu
la ⁊ ꝓpetur super eam ad terenꝰ ⁊ sumatur lapis aluis
põdus.ʒ.i.halakic pondus.ʒ.i.⁊ aur.liquiti ĩ crucibło
suo lito cum lithargyrio donec auꝝ fiat sicut uitruz ⁊
terat pondus tertie.ʒ.i.⁊ argenti uitreati cum odore
stanni pondus sexte.ʒ.i.⁊ fiat cũ unoquoq̃ eoꝝ de cõ
tritione ⁊ puluerizatione illud qđ fit in iacyntho deiñ
sumatur sũma eoꝝ ⁊ ꝓĳciatur in tabulã uitream ⁊ in
uoluatur in uino odorifero ⁊ teratur donec exiccetur
⁊ teretur donec fiat pł̃uis subtilissimꝰ deinde sumatur
⁊ reponatur.sit ergo sũma ꝑs.i.deinde sumatur agari
ci ⁊ epithymi ⁊ piperis ⁊ zinziberis ⁊ gariofiloꝝ ⁊ sã
suci omniũ ana ꝑs.s.⁊ sumatur lapidis armeni ⁊ lapi
dis azuli ⁊ salis naptici ⁊ zedoarie ⁊ doronigi ⁊ beẽ ⁊
lingue bouis omniũ ana tertia ꝑtis.i. deinde sumatur
spice celtice et est nereiden et amõi et acori et folĳ et ci
namomi et origani et hasse et isopi et cymi omniũ ana
quarta ꝑtis.i.deinde sumatur pullegĳ et petroselini
et lapidis iudaici et seminis apĳ et myrrhe et olibãi et
croci et piꝑis albi omniũ ana sexta ꝑtis.i.et sũatur os
sium elephantis tertia ꝑtis.i.tere ergo oẽs has medi
cinas et ꝓprie suꝑ has calcẽ lapidũ et tere et confice
cũ melle emblicoꝝ qđ sit pondus dupli eoꝝ et fac tro
ciscos aur.i.et da in potu.

Confectio alia de medicinis G.que cõfert egri
tudinibus cãne pulmonis et ulceribus pulmo
nis et sputo sanguinis et puris et saniei attracte ad pe
ctus et difficultati sputi.cꝰpermistio.℞.gũmi albotin
aur.ĳĳ.croci aur.ĳĳ.olibani aur.ĳĳ.myrrhe aur.ĳĳ.
radicũ lilĳ excõticataꝝ aur.ĳĳ.granoꝝ pini magni au.
ĳĳ.spice scemi au.ĳ.s.casie nigre aur.ĳ.dragagãti au.
iĳ.carnis dactiloꝝ scemi aur.iĳ.cĩte semiꝰ que dicit stel
la aur.ĳĳ.galbani clari mundi aur.xxx.costi aur.ĳĳ.et
inuenimus in descriptione alia aur.i.mellis boni coti
las.ĳĳ.decoquãtur mel et gũmi albotin ĩ uase duplici
qũq̃ ꝑuenit ad terminũ spissitudinis tunc permisce cũ
eo gal banũ et decoque ipm dõec ꝑueniat ad terminũ
uidelicet ut quz de eo distilatur stilla una non dilatet
et permisce ipm et utere.

Confectio que pertinet arostomacis mirabilis
ad tussim et sputũ sanguinis et ulcus pulmonis
et saniẽ eꝰ collectam et aꝑa ipius et corruptiõm lacer
ti et uomitũ cibi et colicam passiõm et fluxum uentris
et lacertũ uesice et prefocatiõm mr̃icis et febres hñtes
ꝑoxismos data in potu ante horã ꝑ horam unã et exte
nuatiõm et macilentiã compł̃onis et uenena ebibita et
ex percussione euenientia.cꝰpermistio.℞.nereiden co
sti galbani castorei opĳ melanopipis et macropiꝑis et
storacis omniũ ana.℥.i.mellis kist.i.tere medicinas
siccas et eribella.galbanum uero decoque cum melle
donec liquefiat et qũ liquescit tunc cola ipm et funde
suꝑ ipm medicinas et pone in uase uitri aut uase argẽ
ti et de ea da in potu quantũ est faba egyptiaca cũ aq̃
mellis quantitate duoꝝ cadoꝝ et distilla suꝑ ipaz digi
tis tuis de oleo sisamino guttas tres.

Confectio que cõꝑatur ad canabitis extrahẽs
arenam in urina et reliquas mãs ulcerum.cꝰ
permistio.℞.radicũ aur.ĳĳ.siseleos camedreos fẽichi
a ipericon et est folium alkemeleõ hayf et est semꝰ alka
nabotis omniũ ana aur.ĳĳ.amõi aur.viĳ.cinamomi
aur.xĳ.sileris montani spice inde croci fanalanfin seil
apĳ montani polĳ seminis rute siluꝰispullegĳ cretẽsis
omniũ ana pondus illud idem radicis liquiritie lapi
dis scemi masculi et femine õniũ ana aur.xvi.nasturtĳ

babylonici aur.xxiiij.seminis agnicasti fazadie ambo
rum ana.aur.xxiiij.cordumeni aur.xlviij.cõficiãtur cũ
melle decocto ⁊ detur de ea in potu q̃titas auellane
cũ sizupo mellino ꝯmisto quantitate quattuor cadoꝝ.

ARs medicine de gentiana ualẽs ad duritiem ⁊
oppilatiõm et dolorẽ epatis et splenis et febrẽ
antiquã.cuius permistio est. Ut sumatur gentiane et pipis
amboꝝ ana pondus.ʒ.x.et dactiloꝝ alboꝝ siccorum et
folij et spice et aristologie omniũ ana.℥.i.tere et pulue
riza ipsa et confice ea cũ melle dispumato ita ut fiat in
loco mellis spissi cuius dos sit pondus.ʒ.i.cum aqua
rute decocte.

ARs medicine que noiatur donũ dei ⁊ fuit inuẽ
ta in thesauro regis et dixerũt q̄ confert podagre ⁊ he
morroidibus et corruptioni ani et frigoribus et facit appe
tere cibũ et coitũ et prouocat et ꝯseruat sanitatẽ qñ bi
bitur in tp̄e ueris aut hyemis tribus mensibus in oĩ die ue
neris ois mensis.cuius permistio est ut sumatur myrobala
noꝝ nigroꝝ et bellizicorum et emblicoꝝ et acori et ari
stologie longe et rotunde et secacul et heil et cardamõi
et gariofiloꝝ et camemille et zinziberis et sisami non ex
corticati omniũ ana pondus.℥.vi.et nucis muscbate et
spice et turbit albi in alio myrrhe et meu et su et dauci
et assari et seminis apij montani et euforbij omniũ ana
pondus.℥.ij.et almene et est ameos et medulle tritici
et seminis porri et tuðri albi et papaueris et zedoarie
et doronigi et uenaꝝ liquiritie et amõi et piretri et spo
dij et siseleos et asse fetide et cymi et cinamomi et casie
inde et capsie p̄sice et alcbatamon et usnee et cipi et ra
dicis nenufaris et macropiperis et calami aromatici ⁊
castorei omniũ ana.℥.iiij.et corticũ radicis apij.℥.viij
et scorie ferri mundate trite nutrite tribus ebdomadis.s
hebdomoda una cũ zuccaro et hebdomoda cum aq̃ et
melle et hebdomoda cũ aceto deinde incipe et infunde
eã uno die in aceto deinde cõuerte eã in mane ad zuc
carum et tertia die cõuerte eam ad aquã mellis uel ita
fac illud de ea tribus ebdomadis s̄m hũc modũ deinð
sicca eã in umbra et tere eã donec fiat sicut alcohol et
tere reliquas medicinas et pulueriza eas et cribella ip
sas deinde pondera de medicinis p̄tes.iij.et de scoria
p̄tem unã deinde inuolue eas ex butyro uaccino bono
et confice cũ melle bono et pone cũ eo de penidijs põ
dus scorie deinde liquefac penidios et funde eos ð̄s̄r
cũ melle donec fiat in loco mellis spissi deinde põe eã
in uase uiridi nouo mundo et liga caput eius et sepeli ip̄s
in ordeo sex mensibus et da ip̄am in potu.cuius dos sit sicut
galla in mane in ieiuno et nõ comedat aliquid donec
tres hore diei p̄tereant deindẽ comedat et rege ipsum
regie equali et fugiat ab eo nauseatiua sacietas et pre
patio et reliqua ex q̇bus timet̄ ei nocumẽtũ. ¶ Quidã
ãt medicoꝝ existimauer̄t q̄ hec medicina effugat mali
tiam ueneni pernitiosi et facit possidere sanitatem.

MEdicina cõfecta que confert debilitati epatis
et torsioni et sputo sanguis.℞.balaustiaruz et
sanguinis draconis et folioꝝ alasis et aluis iamni ana
p̄tem unã tere ea et pulueriza et decoque ipsa et cola
aquã eius et da ip̄am ad potañ tepidam qm̃ bona est.

COnfectio kiume medici que facit ad corrupti
onem ꝯplonis et aṗata epatis et confortat stõz
et clarificat colorẽ.cuius permistio est ut sumãtur myro
balanoꝝ et alkegi amboꝝ ana pondus.ʒ.xxxv.zinzibe
ris cinamomi ana.ʒ.x.pipis albi pondus.ʒ.xxiiij.et al
talassir pondus.ʒ.iij.et galãge põdus.ʒ.x.et neremiscb
pondus.ʒ.vi.⁊ succi apsinthij.ʒ.v.⁊ uini cocti ⁊ almei
sus quãtitas q̃ conficiãtur medicine tere medicinas ⁊
pulueriza eas ⁊ confice eas cũ uino ⁊ almeisus ⁊ fac
de eis pilłas siles pipi.⁊ sit dos eius.ʒ.ij.cũ aqua tepida

COnfectio cognoiata ip̄ialis que confert ad dif
ficultatẽ urine ⁊ dolorem dorsi ⁊ debilitatẽ re
num ⁊ frangit lapidẽ.cuius p̄mistio.℞.se. papaueris et se
minis porri ⁊ seminis aceti ⁊ seminis apij ⁊ seminis li
lij ⁊ se.lactuce ⁊ se.eundiuie ⁊ seminis portulace ⁊ be
en albi ⁊ rubei ⁊ lingue auis ⁊ seminis alkerua ⁊ kesi
le ⁊ seminis assebesabrẽ ⁊ seminis sansuci ⁊ semis keki
lie ⁊ pipis ⁊ turbit ⁊ granoꝝ nasturtij ⁊ seminis maru
⁊ usnee ⁊ ãmoniaci ⁊ floris squinanti ⁊ seminis napi
⁊ draganganti ⁊ se.hyusquiami albi ⁊ origani ⁊ zarub
⁊ feleniati ⁊ granoꝝ nil ⁊ costi ⁊ carui ⁊ psilij ⁊ sauine
⁊ enule ⁊ olibani ⁊ seminis mersulẽ ⁊ casie ⁊ seminis
lini ⁊ salis indi ⁊ seminis rute ⁊ se.alkeire rubei ⁊ al
bi ⁊ cymi carmeni ⁊ cinamomi ⁊ seminis felẽgemisk ⁊
mugath ⁊ sene de mecha ⁊ hermodactiloꝝ ⁊ epithymi
⁊ anisi ⁊ seminis sulle ⁊ sirachs granoꝝ solis omnium
añ dracbmas.iiij.tuderi albi ⁊ rubei ⁊ ameos ⁊ zedoa
rie ⁊ kinau ⁊ seminis feniculi ⁊ cinamomi ⁊ myrobala
noꝝ citrinorum ⁊ kebuloꝝ ⁊ seminis harmel ⁊ grano
rum myrti ⁊ sinapis ⁊ canabis ⁊ sisami excorticati ⁊ fe
nugreci ⁊ seminis baucie omniũ ana.ʒ.v.secacul ⁊ zin
ziberis amboꝝ ana.ʒ.iiij.kie ⁊ pipis al.⁊ gariofili ⁊ spi
ce ⁊ florum alcãne ⁊ piretri omniũ.ʒ.i.s.scamonee põ
dus tertie.ʒ.i.seminis melonis ⁊ seminis melonis lon
gi amboꝝ ana.ʒ.x.olei sisami.ʒ.xl.mellis lb.ij. dos in
tegra.ʒ.ij.cum aqua tepida.

COnfectio quã narrauit asaimeri ⁊ dixit q̄ est
exp̄ta que est cõueniens paralysi ⁊ torture ⁊ mol
lificationi ⁊ reliquis egritudinibus quaꝝ radix ẽ phła ð
qua sumatur s̄z quãtitatẽ quã tollerat eger ⁊ si liniat̄
ex ea membꝝ mollificatũ iuuat cuius permistio.℞. opij ⁊
euforbij ⁊ castorei ⁊ cinamomi ⁊ macropipis ⁊ hyusq
ami albi ⁊ spice ⁊ zinziberis ⁊ croci omniũ ana p̄tes e
quales tere ⁊ cribella ⁊ cõfice cũ melle dispũato ⁊ po
ne in uase uitreo ⁊ utere qum necesse fuerit.

COnfectio ip̄inguatiua nr̃a exp̄ta.℞.mugath ⁊
nucis enden ⁊ been ⁊ zedoarie ⁊ draganganti ⁊
seminis papaueris ⁊ karabe omniũ ana pondus.ʒ.iij.te
re ⁊ pulueriza ⁊ frige cũ butyro frixione leui ⁊ p̄misce
cũ duabus emis p̄uis sauich triti ⁊ emia una zuccari mẽ
surata cũ emia p̄ua de iñsũatur omni die pondus.ʒ.xx
⁊ decoquatur cũ duabus libris lactis ⁊ p̄ijciatur desup
de butyro quãtuz necesse est ⁊ sorbeatur qm̃ bonũ est.

¶ Explicit tractatus p̄mus incipit s̄s de hieris.

HIera est nom̃ solutiui rectificãtis ⁊ hu⁹ qui
dem interp̄tatio ⁊ expositio est medicina
diuina. Et primũ quidẽ solutiuũ decogni
tis fuit hiera ruffi ⁊ antiquitus non cade
bat nomẽ hiere nisi s̄z hãc deiñ noiate s̄t alie eo.et ñ dr̄
medicia diuia nisi qr actio soluti ẽ res diña saluãs ex v̄
tutibus sue nature. Et ãtiq̇tus q̇ð ñ fuer̄t date i potu hiere
nisi qm̃ medici timebãt ex malitijs solutiuoꝝ simpliciũ
sicut pulpe colloquintide et hellebori et alioꝝ. Et qũ
uolebat uti eis p̄miscebãt ea cũ facientibus penetrare ⁊
rectificantibus et bezabard donec ausi facti sunt in usu e
orum. Postea edomiti sunt in eis et accepe͛t succum
eorũ deinde ausi sunt in eis adeo donec acceperunt ea

sicut sunt in pilulis. ¶ Sciat ergo medicus φ̃ hiere
magis sunt salue q̃ decoctiones ⁊ pilłe. Et non dimit
tuntur ꝓꝑ malitiã suã imo ꝓꝑ ea que excusant ab eis
ꝓꝑ consuetudinẽ malã. Et qm̃ ipse non trahũt ex lon
ginquo sicut decoctiones ⁊ pilłe. Et dos de hieris est
usq; ad. iiij. aur. Et qñq; ꝓijciunt sup eas salem masse
¶ Et magis conueniens cũ quo in potu dantur ẽ aq̃
epithymi cũ passulis mundatis ꝓꝑe ẽm descriptionez
quorũdam eoꝝ. ¶ Q.d. ℞. epithymi. ʒ. iiij. passularuz
mundataꝝ. ʒ. x. myrobalanoꝝ nigrorum mundatorum
ʒ. i. sticados. ʒ. iij. aque lb. iiij. aniuden mundati lb. ß. d
tur ad potañ in ieiuno. Et consequẽter detur seminis
altee. ʒ. i. seminis citroli. ʒ. ß. cũ pauco oleo nucis ⁊ aq̃
tepida. Et cibus trib⁹ dieb⁹ sit zibrabegi cũ aq̃ ꝯmista

Hiera picra. s. amara. Hec est hiera de aloes ⁊
associatur ei cinamomũ ꝓꝑ subtilitatẽ suam ⁊
iuuamtum qđ facit uisceribus ⁊ stõ ⁊ mastix silr ⁊ ut ꝯ
seruet ⁊ silr casia ⁊ crocus ꝓꝑ digõnem ⁊ confortatio
nem cordis ⁊ stõi. Et fortasse crocus facit incurrere i
ea dolorem capitis qr oz ut minoretur pondus e⁹ aut
expellat. ⁊ assaꝝ qm̃ inest ei adiutoriũ ad solõz faciẽdã
⁊ ꝑcipitatõz huitatũ. ⁊ qñq; ponũt loco e⁹ cubebe ⁊ sꝫ
subtiles ⁊ carpobalsam⁹ ⁊ xilobalsamus ꝓꝑ conforta
tiõm stõi ⁊ resolonem ⁊ albezabarati. ¶ Et de hõib⁹
sunt quidã qui ponũt in ea florem squinanti qr ꝓhibꝫ
rasuram que timet ex aloe ⁊ rosas ut expellant maliti
am caliditatis aloes a stõ ⁊ capite. ⁊ qñq; fermentat
cũ tanto melle quantũ est. ⁊ qñq; est sicca non fermen
tata. ego uero informo de ipsa pluerizata trociscos cũ
aqua bdellij ⁊ exicco eos in umbra ⁊ utor eis nã inue
nio illud magis ultimũ q̃ aliud ⁊ fortasse bdellium ẽ
fere ꝑs. i. ⁊ antiqui quidem diuersificati sũt in quãtita
te rectificatiõis aloes. ¶ Sunt ei de eis quidã q̇ po
nunt pondus medicinaꝝ sexcuplũ ponderis aloes ⁊ d
eis sunt qui octuplũ ⁊ addũt ⁊ minuũt. ¶ Et iterum
qñq; accipiunt ipm ex abluto qđ est debilius soluens
⁊ magis cõueniens calefcõ ⁊ febriẽti ⁊ nõ dant ipm
in potu oĩ febrienti. imo ei c⁹ febris est leuis. Et de eis
sunt qui accipiũt de aloe nõ abluto ⁊ est fortius soluẽs
sed est magis nociuũ febriẽtibus q̃uis de eo sumãt in
potu quidã ⁊ non noceat eis. ¶ Et hiera q̇dem nõ ẽ
res festinans in solone imo eius solo fit cũ facilitate et
paulatiꝫ ⁊ cũ tarditate. ⁊ fortasse efficit oꝑatiõm suam
in die ẽo ⁊ non est iteꝝ eius solo cũ attractione ex lõgi
quo imo non soluit nisi illud cui obuiat ⁊ cui cõmisce
tur ex stõ ⁊ intestis. ⁊ longinquior terminus sue attra
ctionis est ꝑs epatis absq; uenis. ¶ Descriptio aũt
cognita uniuersitatis est hec descriptio que confert ad
humiditates generatas in capite ⁊ stõ ⁊ dolores iun
cturaꝝ ⁊ colicam ⁊ torturã ⁊ grauitatẽ lingue ⁊ molli
ficatiõm membroꝝ. c⁹ hec est permistio. ℞. masticis et
cinamomi ⁊ assari ⁊ spice ⁊ carpobalsami ⁊ croci ⁊ xi
lobalsami ⁊ casie omniũ ana pondus. ʒ. i. aloes sublis
duplũ medicinaꝝ. Tere ⁊ cribella ⁊ sit dos integra. ʒ.
i. cũ melle ⁊ aqua tepida.

Hiralogodion. ¶ Hec confectio est hñdcã pri
mi iuuamẽti mundificans corpus ab ultimis ex
tremitatibus suis cũ solone in qua non est labor oiuz
humoꝝ ⁊ sifluitatum ⁊ confert ad egritudines capitis
⁊ dolorẽ ⁊ emigraneam ⁊ cephaleã ⁊ uertiginẽ ⁊ al
guesgues ⁊ maniam ⁊ epilepsiã ⁊ timorẽ ⁊ palysiꝫ et
mollificatiõm imo ad apoplexiã ⁊ totũ illud accepta
in puluere sicut dcm̃ est de scelithe ⁊ est melior illo pri
mũ ⁊ confert ad dolores auris ⁊ oculi ⁊ cõfortat stõz
⁊ apit oppilationes epatis ⁊ ꝓuocat menstrua ⁊ imo
uet difficultatẽ anhelitus ⁊ confert ad quartanã ⁊ oẽs
passiones phlaticas crudas ⁊ febres antiquas ⁊ ualꝫ
ad dolores iuncturaꝝ ⁊ podagram ⁊ uenã sciaticam.
Et est utilis ad tyriam ⁊ alopitiã ⁊ ulcera antiqua in
capite ⁊ alia ⁊ ad baras ⁊ morpheam ⁊ ipetiginẽ ⁊ ex
coriatiõm ⁊ lepram et ad scrofulas et apata fra ⁊ can
cros c⁹ hec ꝑmistio. ℞. pulpe colloquitide. ʒ. v. cepe sq̃l
le assate et agarici ⁊ scamonee ⁊ hellebori nigri ⁊ ãmo
niaci ⁊ scordeon omniũ ana. ʒ. iiij. ß. ⁊ in descriptione
alia omniũ ana. ʒ. ij. ß. epithymi et cãedreos et bdellij
et aloes oiũ ana. ʒ. iij. hasce ipericõ et folij idi et prassij
et polij et casie et melãopipis ⁊ leucopi. et macropipe
ris et croci et cinamomi et oppoponaci et polypodij ⁊
serapini et castorei et myrrhe et petroselini et aristolo
gie lõge et succi apsinthij et euforbij et spice et ãmõi ⁊
zinziberis omniũ ana pondus. ʒ. ij. gentiane et sticados
ana. ʒ. i. ß. mellis quantum sufficit dosis integra aur.
iiij. cum aqua tepida et melle aut cum decoctione epi
thymi et passularum enucleatarum.

Hieralogodion ẽm descriptiõm filagrij. ℞. pul
pe colloquintide et croci et ãmoniaci et cõticũ
hellebori albi et scamonee et ipicon omniũ ana aur. x
epithymi et polypodij et bdellij et aloes et camedreos
et prassij et casie omniũ ana. au. viij. macropipis et leu
copiperis et melanopiperis et cinnamomi et croci et
oppoponaci et serapini et castorei et petroselini et ari
stologie longe omniũ ana aur. iiij. conficiatur cũ melle
dispumato et sit dos aur. iiij. aut. iij. ẽm ṽtutez cuiusq;
hõis cũ aqua mellis et sale.

Hieralogodion scđm descriptiõm Pauli. ℞.
pulpe colloquintide aur. xx. cepe muris assate ⁊
agarici et ãmoniaci et corticum hellebori nigri et sca
monee et ipericon omniũ ana aur. x. polypodij et epi
thymi et bdellij et aloes et camedreos et prassij et ca
sie omniũ ana aur. viij. myrrhe et oppopõaci et serapi
et petroselini et triũ piperum ⁊ cinnamomi et croci et
castorei et aristologie longe omnium ana aur. iiij. mel
lis quantum sufficit.

Hiera ruffi faciens ad cholam nigrã et phla et
alopiciam. ℞. pulpe colloquintide aur. xx. ca
medreos aureos. x. serapini et oppoponaci amboruz
ana aur. viij. seminis apij montani aur. v. aristologie ro
tunde aur. v. pipis albi et nigri amboꝝ ana aur. v. cina
momi aur. iiij. casie aur. viij. sticados et croci et polij
et myrrhe omniũ ana aur. iiij. infunde myrrham cũ ui
no et tere medicinas et confice cũ melle dispumato et
pone in uase et utere qñ necesse fuerit. Et in descripti
one alia pulpe colloquintide. ʒ. xx. aloes scotrensis põ
dus. ʒ. v. galange. ʒ. x. camedreos. ʒ. xx. serapini et op
poponaci amboꝝ ana. ʒ. viij. aristologie rotunde et pe
troselini et piperis albi et nigri omniũ ana. ʒ. v. spice et
casie et cinnamomi et croci et zinziberis et myrrhe et
polij omniũ ana aur. ij. Et inuenimus additũ in dscrip
tione alia relatũ ad hoc qđ est in suriamati de medicis
camepitheos et agarici et prassij omniũ ana. ʒ. x. et con
ficiatur cũ melle et sit dos e⁹ pondus. ʒ. iiij. cũ aq̃ cala et
melle et sale in ieiuno p⁹ abstinentiam.

Descriptio uniuersitatis. Hiere archigenis q̃ ꝯ
fert oĩ egritudi gẽrate ex phlate crudo ⁊ ñ cru
do et melia et uitio aq̃ i oculo et dolori capitis et facit
ad uertiginẽ et epilepsiã ⁊ ualꝫ ad inceptõz egritudinũ

uisus ⁊ raucedinē humidā ⁊ dolores gutturis ⁊ difficultatē anhelitus ⁊ spasmū ⁊ exituras ex materijs grossis ⁊ confert ad aquā citrinam ⁊ scabiē. ⁊ qn̄qȝ datur in potu parūp pp dolores stōi ⁊ uentris ⁊ mr̄icis cum decoctione rute. ⁊ qn̄qȝ ponitur in ea castorei parum s. usqȝ ad siliquas. iij. ⁊ ad dolorē dorsi ⁊ metron ⁊ ad uenam sciaticā ⁊ ei sirīa cū aqua centauree ⁊ pmiscentur cū ea ēt succus cucumeris asinini ⁊ colloquintide silique. iiij. in aqua abrotani ⁊ datur in potu ad morsū canis rabiosi ⁊ facit securitatē a timore aque precipue cū pondere. ʒ. i. de adustione cancri fluuialis. c⁹ hec est permistio. ℞. pulpe colloquintide. ʒ. xxij. prassij ⁊ sticados ⁊ hellebori nigri ⁊ camedreos ⁊ scamonee ⁊ leucopipis ⁊ macropipis omniū ana. ʒ. ij. cepe muris assate ⁊ euforbij ⁊ aloes ⁊ croci ⁊ gentiane ⁊ petroselini ⁊ āmoniaci ⁊ oppoponaci omniū ana. ʒ. i. polij ⁊ cinnamomi ⁊ serapini ⁊ myrrhe ⁊ spice ⁊ squinanti ⁊ calamīti montani ⁊ aristologie rotunde omniū ana. ʒ. ij. mellis quantū sufficit ⁊ sit dos aur. iiij. cū decoctione epithymi ⁊ passularum mundatarū.

Hiera archigenis descriptione pauli. ℞. prassij ⁊ agarici ⁊ camedreos ⁊ pulpe colloquintide ⁊ sticados omniū ana pondus aur. xx. oppoponaci et serapini ⁊ petroselini ⁊ aristologie rotunde ⁊ pipis albi omniū ana aur. v. cinamomi ⁊ spice ⁊ polij ⁊ croci omniū ana aur. iiij. Tere ex medicinis que sicca sunt ⁊ cōquassa gūmas ⁊ infunde in melle ⁊ permisce ⁊ sit dos aur. iiij. cū sal triti pondere. ʒ. i. cū aqua mellis.

Theodoricon magnū qd ualet ad corruptionem cōplonis fre ⁊ repletiōm ⁊ sfluitates uiscosas grossas ⁊ obliuiōm ⁊ tenebrositatē uisus ⁊ difficultatē anhelitus ⁊ stuporem ⁊ dolores epatis ⁊ stōi ⁊ splenis ⁊ renum ⁊ mr̄icū ⁊ ꝓhibitiōm menstruorū ⁊ colicā ⁊ ē solutiuū absqȝ labore. c⁹ dos sit pondus aur. iiij. cū d̄coctione epithymi ⁊ agarici aut cū aqua cal̄a. c⁹ hec ē pmistio. ℞. aloes scotrensis pondus. ʒ. x. agarici albi pōdus. ʒ. xx. croci ⁊ cinamomi ⁊ acori ⁊ masticis ⁊ olei balsami omniū ana pondus. ʒ. iij. reusini. ʒ. i. s. xilobalsami ⁊ carpobalsami ⁊ euforbij ⁊ macropipis ⁊ pipis albi ⁊ nigri ⁊ gentiane romane ⁊ floris squinanti oium ana pondus. ʒ. ij. costi amari camedreos epithymi oiū ana. ʒ. iiij. assari ⁊ casie ⁊ scāonee oiū an̄ pōd⁹ ʒ. vi. spice odorife ī pond⁹. ʒ. iij. s. meu ⁊ amōi ābor an̄ pōd⁹. ʒ. i. aggrega has medicinas tritas ⁊ cribellatas ⁊ cōfice cū melle dispūato ⁊ repōe i uase ⁊ utere post sex menses.

Theodoricon aliud qd confert oibus egritudinib⁹ excitatis ex frigore ⁊ phl̄ate. ℞. aloes pōd⁹ ʒ. xxx. agarici pond⁹. ʒ. xij. acori ⁊ croci ⁊ cinamōi et alkeia ⁊ hermodactilorū ⁊ casie omniū ana. ʒ. iij. camedreos et leucopipis ⁊ assari ⁊ xilobalsami omniū ana pondus. ʒ. ij. melanopipis ⁊ castorei amborū ana. ʒ. iiij. reusini ⁊ myrrhe ⁊ spice omniū ana pondus. ʒ. i. mell' quantū sufficit dos e⁹ pondus. ʒ. iiij. cū aqua cal̄a ⁊ antiquetur sex mensibus.

Theodoricon aliud faciens ad illas possōes c⁹ hec est permistio. ℞. acori pondus. ʒ. viij. nucis muscbate. ʒ. xij. aloes scotrensis. ʒ. lx. agarici pondus. ʒ. xliiij. reusini. ʒ. iij. piperis albi ⁊ gentiane amborū an̄ pondus. ʒ. iiij. croci et gariofilorum et acori in alio galbani et keiati et cinamomi omniū ana. ʒ. vi. assari ⁊ xilobalsami amborū ana pondus. ʒ. iiij. casie et scamonee omniū ana pondus. ʒ. xij. spice. ʒ. viij. scordeon. pond⁹ ʒ. ix. amōi ⁊ rubee et pipis nigri et piperis longi ⁊ squinanti omniū ana pondus ʒ. ij. ireos pondus. ʒ. viij. tere ⁊ cribella ⁊ cū melle quantū sufficit confice ⁊ ātiquetur sex mensib⁹ ⁊ sit dos pondus. ʒ. iiij. cū aqua calida.

Theodoricon cū nuce muscbata faciens ad oēs egritudines antiquas capitis ⁊ ad maniā ⁊ alguesgues ⁊ dolorē capitis ⁊ uertiginē. ⁊ ad epilepsiā ⁊ ad debilitatē uisus ⁊ ad dolorem epatis ⁊ splenis ⁊ renū ⁊ colicā ꝓuocat mēstrua retēta ⁊ ad leprā ⁊ baras ⁊ ad dolorē podagre ⁊ iūcturarū ⁊ ācbarum ⁊ ad febres chrōicas an̄cedentes ⁊ e⁹ usus est sine nocumēto. c⁹ hec est permistio. ℞. aloes. ʒ. lx. agarici. ʒ. xxiiij. scordeon ⁊ xilobalsami amborū ana. ʒ. iiij. costi. ʒ. viij. acori ⁊ masticis ⁊ cinnamomi ⁊ gariofilorū omniū ana. ʒ. vi. casie et nucis muscbate amborū ana. ʒ. xij. epithymi. ʒ. xviij. spice. ʒ. vi. camedreos. ʒ. viij. myrrhe. ʒ. ij. triū pipum ⁊ euforbij ana. ʒ. iiij. floris squinanti. ʒ. ij. gentiane. ʒ. iiij. ammōi. ʒ. ij. scamonee. ʒ. xviij. mellis dispumati quātū sufficit c⁹ dosis sit. ʒ. iiij. cum decoctione epithymi.

Theodoricon aliud usitatum. ℞. aloes. ʒ. lx. agarici. ʒ. xxiiij. masticis ⁊ croci ⁊ acori ⁊ cinnamōi ⁊ spice omniū ana. ʒ. vi. aristol. ⁊ carpobalsami ⁊ euforbij ⁊ trium pipum ⁊ gentiane omniū ana. ʒ. iiij. cāedreos ⁊ costi amborū ana. ʒ. v. casie ⁊ epithymi āborū ana. ʒ. xij. myrrhe ⁊ floris squinanti ⁊ amōi omniū ana ʒ. ij. scamonee. ʒ. xx. mellis quantum sufficit c⁹ dos ⁊ administratio ⁊ iuuamēta sunt sicut primi.

Hiera G. descriptione uniuersitatis ⁊ de iuuamētis eius est qꝫ ipsa est subtilior ⁊ efficatior q̄ theodoricō ⁊ logodiō faciēs ad palysi ⁊ torturā ⁊ spasmū ⁊ mollificatōm ⁊ purgat a corpoī sfluitates uiscoras grossas ⁊ diuersas ⁊ stringit mollificatiōm uesice et exitum urine absqȝ uoluntate. c⁹ hec est permistio. ℞. pulpe colloquintide ⁊ agarici ⁊ cepe muris assate et āmoniaci ⁊ scamonee ⁊ hellebori nigri ⁊ ipericon ⁊ euforbij omniū ana. ʒ. xvi. polypodij ⁊ epithymi ⁊ bdellij subalbidi ⁊ camedreos ⁊ prassij ⁊ casie omniū ana pōdus. ʒ. vij. myrrhe ⁊ serapini ⁊ aristologie longe ⁊ triū piperū ⁊ cinamomi ⁊ oppoponaci ⁊ castorei ⁊ petroselini omniū ana. ʒ. iiij. ⁊ de hōibus sūt quidā qui ponūt in ea croci pondus. ʒ. iiij. aggrega has medicinas tritas ⁊ cribellatas infusis eis que ex ipsis infundūtur in triplicato ⁊ confice cū melle dispumato ⁊ utere qum necesse fuerit post sex menses.

Hirea G. descriptione pauli. ℞. camedreos et leucopipis ⁊ macropipis ⁊ agarici ⁊ sticados ⁊ hellebori nigri ⁊ scamonee ⁊ spice ⁊ epithymi ⁊ cepe muris assate omniū ana aur. vi. myrrhe ⁊ croci ⁊ āmoniaci ⁊ ipericon omnium ana aur. viij. mellis quantum sufficit.

Hiera G. ℞. pulpe colloquintid̄. ʒ. iiij. camedreos ⁊ cepe muris assate ⁊ croci ⁊ agarici ⁊ scamonee ⁊ hellebori nigri ⁊ sticados ⁊ āmoniaci ⁊ ipericon oium ana. ʒ. iij. ⁊ sextam. ʒ. i. epithymi ⁊ polij ⁊ bdellij ⁊ cāepitheos ⁊ prassij ⁊ aloes ⁊ casie ⁊ polypodij omnium ana. ʒ. i. s. ⁊ trium pipum ⁊ myrrhe ⁊ cinamomi ⁊ cro ⁊ oppoponaci ⁊ serapini ⁊ castorei ⁊ petroselini ⁊ aristologie rotunde ⁊ euforbij omniū ana medietatem et tertiam. ʒ. i. ⁊ mellis quantum sufficit dos sicut logodion ⁊ iuuamēta e⁹ sicut illius.

Hiera eufacaritis ⁊ est Hip. medici conferens ad humiditatē stōi ⁊ ad dolores capis generatos ex uaporibus corruptis ⁊ ex tristitia timere faciente. c⁹ hec est pmistio. ℞. gētiāe ⁊ spice ⁊ aristologie

rotunde et casie et cinamomi omniũ ana pondus .ʒ.i. petroselini et camedreos et sticados et fulfulimon et est ozimum mõtanũ et keiati omniũ an.ʒ.i.mrrhe pondus.ʒ.iiij.granoꝝ alben et croci amboꝝ añ.ʒ.i.ʒ.aloes ru:pondus.ʒ.viij.pulpe colloquintide pondus.ʒ. vi.ꝯficiatur cum melle et administretur post sex menses dosis eius pondus.ʒ.iiij.

HIera alia Hip.que facit ad maniam et alguesgues et uertiginẽ in capite et dolorẽ capitis uehemẽtem et spasmũ et scissurã manuũ et dolorẽ iũcturarum et ad ꝑmistiõm ratõis et corruptiõm intellectus et dilatatiõm pupille et inceptiõm aque in oculo et ad lepram et albaras et ad palysim et torturã.cuius hec est ꝑmistio.℞.cucumeris asinini et triuz pipuz et camedreos omniũ ana pondus.aur.v.croci et myrrhe et scãonee omnium ana pondus.ʒ.ij. ãmoniaci pondus.ʒ.i. mellis quantum sufficit dos eius medietas.℥.i.cum aqua calida.

HIrea Andromachi que confert ad dolorẽ stõi uentris.cuius hec est permistio.℞.cinnamomi et casie nigre et calami aromatici et xilobalsami et floris squinãti et henitus omniũ ana.℥.iij.ʒ.Tere medicinas et ꝑijce in uase figuli nouo et funde sup eas aque pluuialis daich.vi.et decoque ad medietatẽ et cola deiñ accipe aloes rubei lb.i.ʒ.et pone sup ipm aque pluuialis quãtum sufficit et tere in meridie et ablue donec abstergatur et funde sup ipm aquã sꝑerum et tere in sole dõ ec exiccetur deiñ tere et proijce in ipso croci et myrrhe ⁊ alkeiati omniũ ana.℥.iiij.⁊ in descriptione antiqua omniũ ana.℥.i.deinde tere oĩa et pone in uase uitri aut uitreato et utere.est enim iuuatiua ad spasmũ et ad repcussionẽ que fit obuiando et percussiõm et fracturã et ad dolorem lateris et apit stõm et dolores eius et sputũ sanguinis et dolorem ilij dosis eius integra pondus:ʒ.i.cum aqua tepida et omni hõi sm quantitatẽ sue uirtutis ⁊ ad apata dura cũ sirupo acetoso et fit ex ea emplm ad apa oculi cũ succo mẽte aut uue uulpis et apata ani cũ oleo rosaceo et uino bono et confert ad ulcera que accidunt unguibus qñ liquefit cũ aceto uini et ad adustionem oris gargarizata.

HIrea Andromachi faciens ad retentiõm menstruoꝝ et ad leprã et timorem.cuius hec est ꝑmistio ℞.sticados et camedreos et agarici et bellebori nigri ⁊ pipis nigri et albi et mezerion et scamonee et sqlle assate omniũ ana pondus.ʒ.xviij.croci et euforbij et ãmoniaci omniũ ana.ʒ.viij.myrrhe.ʒ.iiij. interioris cucũeris asinini.ʒ.iij.mellis lb.v.dos eius pondus.ʒ.ij.cũ melle et aqua et sale.

HIera faneligoris faciens ad mel'iam et mũdificat uelamina cerebri et aufert chimos grossos uiscosos terrestres cuius hec est permistio.℞. prassij et sticados et bellebori nigri et camepitheos et camedreos et petroseli et polij et ẽ allabada et aristologie rotũde et croci ⁊ gẽtiane et keiati et dragagãti et folij egyptij et assãij et amõi et costi et cinnamomi et fu et meu et piperis ⁊ carpobalsami et allei siluẽis et casie et ipericon et flõis squinanti et spice omnium ana pondus.ʒ. ij.epithymi et agarici et polypodij et pulpe colloquintide omniuz ana.ʒ.iij.aloes scotrensis.℥.vi.Tere et confice et an qua sex mẽsib⁹ dos eius.ʒ.i.cum aqua calida.

HIera busutus conferens ad uisũ et confortans eũ et sedat dolorem capitis assiduũ ⁊ cõfert ad dolores stõi et splenis et epatis et ad dolores mel'icos et phl'aticos et ad uertiginẽ et dolorẽ q̃ noĩat corona cuius hec ẽ ꝑmistio.℞.cãedreos põd⁹ ℥.xij.agãici põd⁹.℥ xvi.et in descriptione alia agarici.℥.x.pulpe colloquintide.℥.ij.sticados et piperis albi et nigri omniũ ana.℥ xij.meu.℥.iij.croci.℥.xviij.bellebori nigri et scamonee et aloes scotrensis omniũ ana.℥.xvi. Tere et cribella et confice cũ melle dosis eius.ʒ.iiij.post sex menses.Et i descriptione alia spice et casie amboꝝ ana.℥.xij. bibat cũ infusione epithymi post abstinentiam.

HIera catagini anthiochẽi que confert ad spasmum et dolorẽ capitis et dolorẽ capitis ãtiquũ ⁊ ad timorẽ accidentẽ ex mel'ia et ad tremorẽ iuncturarum.cuius hec est permistio.℞.pl'pe colloquintide pond⁹ ʒ.xx.camedreos et prassij et agarici omniũ ana.ʒ.x.aristologie longe et petroselini et piperis albi et serapini et oppoponaci omniũ ana.ʒ:v.myrrhe et spice et polij et croci et cinnamomi omniũ ana.ʒ.iij.infundantur humida cũ melle deiñ decoquãtur sup ignẽ parũp et terantur sicca et ꝑijciantur super ea et misceantur et administretur p⁹ sex menses.

DEscriptio alia hiere que addit in uisu et cõfortat ipm et confert ad dolorẽ capitis et passiões stõi et epatis et splenis.cuius hec est cõmistiõ.℞.pl'pe colloquintide.ʒ.x.camedreos et casie et triũ piperum omniũ ana. ʒ.ij. aloes ⁊ myrrhe et turis masculi et croci omniũ ana.ʒ.i.scamonee.ʒ.vi.succi apsinthij pond⁹ ʒ.ij.mellis q̃tũ sufficit dosis pondus.ʒ.iiij.cũ aq̃ cal'a.

HIera nr̃a experta.℞.bellebori pondus.ʒ.i.pulpe colloquintide aur.i.et aloes aur.v.et salis indi.ʒ.i.et tertiam ⁊ agarici pondus aur.ij.et lapidis armeni aur.ʒ.⁊ rosaꝝ põdus.ʒ.i.⁊ piperis albi pondus aur.i.⁊ zinziberis põdus aur.ij.et acori ⁊ amomi ⁊ assari ⁊ carpobalsami et albasce et origani et semis apij ⁊ dauci ⁊ est sem̃ baucie omniũ an.ʒ.iij.et buglosse põdus.ʒ.x.se.alsebesebram ⁊ se. alfelẽgemisch ⁊ seminis ozimi citrati ⁊ seminis citri et mente sicce omniũ ana ʒ.ij.⁊ epithymi põdus.ʒ.ij.ʒ.cõficiãtur oia cum duplo sui mellis ⁊ reponatur sex mẽsibus deiñ administret.

Tractat⁹ terti⁹ de electuarijs solutis ⁊ ñ solutis.

NOs dicere uolumus in hac sũma de electuarijs famũsis et que sũt sim'ia uniuersalibus Illa uero quoꝝ iuuamẽta sunt ꝑticularia digniora loca dicendi sunt in sũma ha.

ELectuariũ diacyminũ faciens ad dolores uiscerum quos generauit fr'itas ⁊ ad egritudinẽ phl'atis senum et confortat stõm ⁊ digerit cibum et aufert appetitum caninũ et eructuatiõm acetosã ⁊ sit dos magnitudo galle cũ aqua cal'a ⁊ ꝯfert iterũ ad febres fr'ias mel'icas et phl'aticas.cuius hec est permistio.℞. cymi carmeni infusi i aceto uini die ⁊ nocte exiccati torrefacti et folioꝝ rutẽ exiccatoꝝ in umbra et piperis ⁊ zinziberis omniũ ana sextaria.v.baurach armeni pondus.ʒ.x Aggrega has medicinas tritas cribellatas ⁊ ꝯfice cũ melle dispumato ⁊ reponatur in uase ⁊ administretur.

DIacyminũ G. qd facit ad uentositates fr'ias et sacietatẽ nauseatiuam et resoluit uentositates et confert ei qui non digerit cibũ.cuius hec est permistio. ℞.baurach medietatẽ ꝑtis cymi carmeni infusi in aceto torrefaci pipis albi ⁊ piperis longi foliorũ rute omnium ana ꝑtẽ unã.Et hoc quid fit sm duas descriptiones qsq enim fit ex ꝑtibus equalibus in oibus suis

cōmistionib⁹.s.cymi piperis et rute ⁊ baurach ⁊ iste modus soluit nām ualde. ⁊ qn̄q; permiscetur de spē bus reliquis quantitas equalis et de baurach medie tas h⁹ quantitatis. et eligitur de cymino carmenū ⁊ in funditur in aceto forti deinde torresit ⁊ sit piper albū ⁊ illud ideo qm̄ ipm confortat stō; plusq̄ due alie spēs s.pip longum et pip nigrū ⁊ hoc est illud qd̄ non est p uum n; contractū et n; est cortex e⁹ grossus imo est ex illo qd̄ dr̄ grauis ponderis ⁊ eligatur de eo magnū et sanū et baurach. Fiat ergo medicina ad illum c⁹ nā re tinetur cū baurach dcō nitrum naurnacō ⁊ est rubeu; ⁊ qum feceris ipam ad illu; c⁹ nā ē soluta admistrabis baurach aliud ⁊ sit illud qd̄ de eo ꝓijcies medietas q̄ titatis uniuscuiusq; medicinaꝝ quas diximus ⁊ folia ru te iterum. Sint ergo sicca cū mensura ⁊ illud iō qm̄ si exiccentur uehemēter sunt calide cōplōnis ⁊ est calefa ctio eoꝝ ultra mensurā ⁊ si non exiccantur uehemēter remanet in eis humiditas sup̄flua que nō consequitur ultimatiōm digōnis q̄pp non destruit̄ eius inflatio in aliquo. ¶ Et iste quattuor spēs qn̄q; permiscētur cū melle dispumato. ⁊ qn̄q; non p̄miscentur cū aliquo et reseruātur per se absq; melle. ¶ Qum ergo ipe sūt ne cessarie ꝓijciūtur in aqua ordei aut in cibo alio conue niente. ⁊ hec medicina sumitur sola an̄ cibū ⁊ p⁹ cibum ⁊ illa que p̄miscetur cū melle dispumato est magis con ueniens in hac dispōne ⁊ illud iō qm̄ ipa destruit inflā matiōm oīo; ⁊ o; iterum ut sit mel bonū qū non sit ne cessariū ut sit hec medicina nisi fortis in resoluendo uē tositatem et euacuet cū fortitudine. ⁊ o; ut scias iteru; q̄ qn̄ uis ut sit e⁹ eūo plus sit contritio medicinaꝝ non subtilis sed grossa ⁊ illud iō qm̄ scio hoiem qui contri uit hanc medicinā cōtritione ultima qm̄ non sciuit illō qd̄ ego dixi q̄ non soluit nām oīo immo prouocauit fortiter ⁊ uenit ad nos mirans ⁊ querēs de cā in hoc ⁊ illud iō qm̄ ipe existimabat q̄ in corpore illius uiri eēt ꝓp̄etas que esset cā in hoc quod accit. Postq̄ ergo feci scire eū q̄ cā in illo esset dispō compōis eius tunc composuit eam ſo sicut precepi ei et completa est eius opo ⁊ oportet ut seruetur hic determinatio in compo sitione reliquarum medicinarum.

Electuariu; ad subulitiss et est aggregatōis qd̄ est cōueniens ad frīitatem stōi uehemētis frigo ris ⁊ eructuatōm acetosā ⁊ appetitū caninū ⁊ singultū qui fit ex replōne chimoꝝ grossorum ⁊ phlaticoꝝ ⁊ fe bres antiquas que fiunt pp̄ frigus ⁊ malitiā digōnis. c⁹ p̄mistio hec ē. ℞. cymi infusi i aceto exiccati sextaria xv. pipis ⁊ zinziberis ⁊ rute sicce ⁊ baurach omniū an̄ ʒ.xx. terantur ⁊ conficiantur cū melle dispumato ⁊ ad ministretur.

Electuariū de calamēto fluuiali descriptione G. ℞. calamēti fluuialis ⁊ cāpestris ⁊ petroselini oīum ana. ʒ.xij. zinziberis aur.vi. seminis apij ⁊ capitū alba sce amboum ana aur.iiij. keisim aur.xv. piperis aur xlviij. siseleos aur.v. Tere ⁊ cōfice cū melle dispūato.

Electuarium de myrto conferens ad solonem nature ⁊ uomitū phlatis ⁊ humiditatis ⁊ mali tiam digōnis que est ex stō. c⁹ p̄mistio hec est. ℞. grano rum myrti bonoꝝ siccoꝝ eminā.i. myrobalanoꝝ nigro rum ⁊ belliricorum ⁊ emblicoꝝ ⁊ talassir omniū ana. ʒ xx. leucopiperis ⁊ macropiperis ⁊ zinziberis omnium ana. ʒ.x. masticis ⁊ cordumeni ⁊ carui ⁊ anisi ⁊ cymi ⁊ spice ⁊ casie ⁊ cardamoni ⁊ costi omniū ana. ʒ.vi. nu cis muscbate ⁊ seminis apij ⁊ ameos omniū ana. ʒ.v. folij indi ⁊ amōi amboꝝ ana. ʒ.iiij. tere ⁊ confice cum melle dispumato ⁊ dosis sit. ʒ.i.

Electuariū sicut alcanzi est bonū. c⁹ hec est per mistio. ℞. granoꝝ myrti keiliati. ʒ.ſ. spice. ℥.iij. nucis muscbate cū cortice suo lb.ſ. gariofiloꝝ ⁊ carda moni ⁊ anisi torrefacti ⁊ seminis apij tōrefacti ⁊ usnee omniū ana. ℥.ij. macis. ℥.i.ſ. casie. ℥.iiij. myrobalanoꝝ kebuloꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ omniū ana. ℥. iij. ma cis. ʒ.i.ſ. bulliant medicine cū uino odorifero feruore uno deinde exiccentur ⁊ bulliant ebullitōe cū aqua cy donioꝝ ⁊ exiccentur super frixorium calidū ⁊ terant̄ ⁊ inuoluantur miua ⁊ sit dosis aur.iij. aut. ʒ.iij. cū siru po cydoniorum.

Electuarium almutaguachil relatum salomoni qd̄ cōfortat stōm ⁊ confert ad malitiā digōis. ⁊ est illō qd̄ in potu dabat israhelita mutaguachil qm̄ est bonū ⁊ exptum. c⁹ hec est permistio. ℞. spice ⁊ gariofilorum ⁊ cinamomi ⁊ nucis muscbate ⁊ cardamoni ⁊ galie bo ne omniū ana aur.i. pipis albi ⁊ zinziberis ⁊ castorei omniū ana. ʒ.ij. turis albi masculi aur.iiij. zuccari tabā zet quantū sunt medicine cōmisceantur medicine cu; zuccaro ⁊ conficiantur cū melle dispumato ⁊ sit dosis eius aur.iij.

Diacyminū aliud conferens ad dolores uētris cōmotos a frīitate ⁊ ad febre; quartanā ⁊ ad appetitū caninū ⁊ febres phlaticas ⁊ melicas ⁊ ad phl̄a p̄limū qd̄ accit senibus ⁊ ad uehemētiam frigoris qd̄ accit in stō ⁊ ad eructuatiōm acetosam ⁊ ad sputū qd̄ fit ex mł titudine sifluitatum phlaticaꝝ. c⁹ dos sit sicut galla cu; aqua calida. c⁹ p̄mistio. ℞. cymi infusi in aceto die ⁊ no cte torrefacti ⁊ rute sicce ⁊ zinziberis ⁊ piperis oīum ana sextaria decem ⁊ baurach armeni. ʒ.x. conficiatur cum melle dispumato.

Electuarium diacyminū aliud. ℞. cymi recen tis boni. ℥.vij. infundatur i aceto uini die ⁊ no cte deinde extrahat̄ ⁊ ꝓijciatur sr̄ coriū rubeum ⁊ mo ueatur ⁊ qn̄ exiccatur torrefiat torrefactione leui cum gne ⁊ pipis. ℥.iij. zinziberis fini. ʒ.iiij. baurach armēi ʒ.ij. cōmisceantur ⁊ conficiantur cum melle.

Diapipereon faciens ad frigora ⁊ humorē crū dum ⁊ dolorem stōi ⁊ malitiā digōis ⁊ uento sitates grossas ⁊ eructatiōm acetosā ⁊ appetitū cani num. c⁹ permistio est ut sumātur leucopipis ⁊ melano pipis ⁊ macropipis omniū ana. ℥.iij. ⁊ in descriptione alia. ℥.ij. ⁊ xilobalsami. ℥.i. ⁊ amōi ⁊ spice amboꝝ ana ʒ.iiij. ⁊ zinziberis ⁊ seminis apij ⁊ siseleos ⁊ casie ⁊ as sari ⁊ enule omniū ana. ʒ.i. Tere ⁊ cribella ⁊ confice cum melle dispumato. dosis eius pondus. ʒ.ij. cum a qua tepida in ieiuno.

Electuariū alkendedicon ualēs ad dolores stōi ⁊ epatis frī ⁊ debilis generantis uentositates grossas. c⁹ permistio. ℞. zinziberis ⁊ piperis ⁊ spice odorifere oī um ana. ʒ.vi. masticis ⁊ ameos amboꝝ ana pondus. ʒ. iiij. seminis apij ⁊ meu ⁊ fu omniū ana. ʒ.v. cymi carme ni ⁊ casie ⁊ carpobalsami ⁊ piretri omniū ana pondus ʒ.ij. folij indi pondus. ʒ.i. Aggrega has medicinas tri tas ⁊ cribellatas ⁊ confice cum melle dispumato ⁊ re pone in uase ⁊ utere qū necesse fuerit.

Electuariū alcanzi acens ad solonem uenris ⁊ ad malitiam digōnis ⁊ debilitatē stōi ⁊ frigus eius. c⁹ hec est permistio sumātur costi ⁊ cinami ⁊ spice odorifere ⁊ carpobalsami ⁊ casie omniū ana. ʒ.x. nucis muscbate. v. numero cardamoni ⁊ gariofiloꝝ ⁊ anisi

⁊ meliloti ⁊ capsie inde omniũ ana pondus.ʒ.iiij.ari
stologie ⁊ usnee ãborũ ana.ʒ.ij.ciperi ⁊ zinziberis am
borũ ana pond⁹ sextarioꝝ.x.calami aromatici ⁊ pipis
⁊ macropipis omniũ ana põdus.ʒ.v.myrobalanoruʒ
nigroꝝ enucleatoꝝ sextaria.ij.bellirici enucleati.x.nu
mero granoꝝ myrti kaficius semis bonoꝝ seburi. Ag
grega has medicinas tritas ⁊ cribellatas ⁊ cõfice cuʒ
melle de arũdibus zuccari ⁊ repone i uase ⁊ utere qñ
necesse fuerit p⁹ duos menses.

Descriptio electuarij alcanzi alia ꝯferẽs ad de
bilitatẽ epatis ⁊ stõi ⁊ frigus amboꝝ ⁊ ad so
lutionẽ uẽtris ⁊ malitiã digõis ⁊ ꝯfert illis sup quos
timet aqua citrina ⁊ ẽ bonuʒ spleni ꝓuocãs urinam.
c⁹ hec ẽ ꝑmistio.℞.costi ⁊ cinami ⁊ spice ⁊ carpobal
sami ⁊ casie oium ana.ʒ.x.⁊ de nucibus muschatis nu
ces.v.⁊ cardamomi ⁊ gariofi.⁊ anisi ⁊ meliloti ⁊ cap
sie ⁊ neremisch omniũ ana.ʒ.iiij.macis põdus.ʒ.iij.⁊
burungi kebuli.ʒ.viij.⁊ reusini ⁊ aristologie lõge et us
nee omniũ ana pond⁹.ʒ.v.myrobal.nigroꝝ ⁊ kebulo
rũ ana sextaria.ij.⁊ de belliricis bellirici.x.⁊ granoꝝ
myrti q̃tũ ẽ pondus medicinaꝝ omniũ. Terãt sicut
alcohol ⁊ cõficiant cuʒ melle tabarzet.dos eius sicut
galla cũ aqua frigida. Et in descriptõe alia zinziberis
sextaria.x.

Electuariũ alkeisin dictũ electuariũ ãbre. Et
hoc electuario usi fuerũt reges gretie. Et hoc
confert ad egritudines frigoris ⁊ ꝓprie renũ ⁊ addit
in desiderio coit⁹ ⁊ ualet ad palysiʒ ⁊ torturã ⁊ tremo
rẽ ⁊ pulsum cordis ⁊ addit in recordatõne ⁊ sensu ⁊
exiccat hũitatẽ stõi ⁊ facit digõnẽ eẽ bonã ⁊ ẽ ex eis q̃
ꝯueniũt senib⁹.c⁹ ꝑmistio ẽ hec.℞.cardamõi maioris
⁊ mioris ⁊ macis omniũ ana pond⁹.ʒ.iiij.zinziberis ⁊
macropipis amboꝝ ana sextaria.ij.cinnamomi.ʒ.iiij.
usnee pondus.ʒ.ij.cinami põdus.ʒ.i.gariofiloꝝ ⁊ cro
ci omniũ ana pond⁹.ʒ.x.nucis muschate pond⁹.ʒ.v.
Et in quibusdã descriptionibus nuces.v.spice odori
fere ⁊ masticis ⁊ ambre omniũ ana põd⁹.ʒ.ij.muschi
pondus.ʒ.i.seis hyusquiami albi ⁊ opij ãborũ ana põ
dus.ʒ.i.olei balsami pond⁹.ʒ.vi. Aggrega has medi
cinas tritas ⁊ cribellatas ⁊ infũde opiũ i mensura sa
craiati.i.de uino bono ⁊ cõfice cũ melle dispũato ⁊ u
tere post sex mẽses ⁊ liquefac ambrã cũ oleo balsami
⁊ adhibeat de oleo alben q̃titas qua oia suoluantur.

Electuariũ alsehereben cõferẽs ad frig⁹ epatis
⁊ stõi ⁊ aq̃ citrinã ⁊ cholam nigrã ⁊ ẽ soluens
uẽtrem.c⁹ hec ẽ ꝑmistio.sumãt capsie inde ⁊ zinziberis
⁊ pipis ⁊ cinami ⁊ cardamõi minoris ⁊ gariofilorum
⁊ piretri ⁊ folij indi ⁊ amili de tritico ⁊ masticis ⁊ car
damõi maioris ⁊ cinamomi ⁊ spice ⁊ casie ⁊ seis apij
⁊ aneti ⁊ ameos ⁊ seis feniculi ⁊ anisi omniuʒ ana.ʒ.
vi.epithymi cretensis ⁊ turbit amboꝝ ana.ʒ.xij.scamo
nee.ʒ.x.zuccari tabarzet pondus.ʒ.xx. Aggrega has
medicinas tritras ⁊ cicotrigonizatas ⁊ cõfice cũ mel
le tabarzet dispumato ⁊ utere qñ necesse fuerit.

Electuariũ diaphinicõ ẽ electuariũ proprij iu
uamenti in colica resoluens eã ⁊ confert ad hu
morẽ crudũ ⁊ frigora ⁊ ad difficultatẽ urine. c⁹ hec ẽ
ꝑmistio. Sumat haurach armeni cymi carmeni ⁊ pe
troselini ⁊ zinziberis ⁊ piperis albi omnium ana pon
dus.ʒ.xxij.scamonee pondus.ʒ.v.dactilorum heiron
mundatorum ex nucleis ⁊ amigdalarum excortica
tarum ex duabus corticibus ⁊ foliorum rute omniũ
ana pondus.ʒ.x. Aggrega has medicinas omnes
tritas ⁊ cicotrigonizatas ⁊ infunde dactilos in aceto
